



**R. P. Ioannis Præpositi Atrebatis, E Societate Iesv, S.
Theologiæ Doctoris, & quondam in Vniuersitate
Louaniensi ac Duacensi Professoris, Commentaria In
Tertiam Partem S. Thomæ De Incarnatione Verbi ...**

LePrévost, Jean

Dvaci, 1629

Qvæstio VI. De bonis matrimonij, & speciatim de bono fidei.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-94249](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-94249)

enim non sumus domini vitæ, & membrorum nostrorum, non possumus citra peccatum nos absque graui causâ exponere manifesto periculo amissionis illorum. quod si periculum non sit ita præsens, potest saltem separatio peti à iudice, qui potest separare coniuges, nec debet curare, ut pars ad maritum suum redeat, nisi de sufficienti securitate ei provideatur. videri potest cap. *litteras*, de restitutione spoliatorum, in fine, quod aptari etiam potest ei, cui à comparte imminet periculum pertractionis in peccatum.

Cap. *litteras*.
vlt.

Tertia.

Cap. *de illâ*
Cap. *quanto*.
to.

Tertia causa est hæresis, quæ fornicatio spiritualis dicitur. patet cap. vltimo de conuersione coniugatorum, cap. *de illâ*, de diuortijs, & supponitur cap. *quanto*, in fine, eodem titulo. sub hæresi comprehenditur omnis infidelitas, in quam labitur pars post baptismum, ut cap. vlt. & cap. *quanto*, citatis.

Notandum si mulier recessit à viro sine iudicio Ecclesiæ, ei est restituenda post conuersionem, ut patet cap. *de illâ*, citato, ita ut si nolit reuerti, possit compelli. cum verò restitutio non fiat per modum pœnæ, seu mulier in hoc non puniatur, quod debeat ad maritum conuersum redire, ad id obligatur, vbi sufficienter confiteri de viri conuersione: quia non videtur habere ius diutius permanendi separata propriâ autoritate, quam vir in hæresi permaneat. si recesserit autoritate Ecclesiæ, non potest compelli redire ad virum etiam conuersum, ut cap. *de illâ*, decernitur, neque tenetur ad eum reuerti, etiam si diuortium non sit celebratum ad instantiam partis Catholicæ, sed maritus simpliciter sit condemnatus hæreseos sine vllâ vxoris instantiâ. quia hæc condemnatio implicite continet pœnam diuortij, ita tenent varij: quamvis aliqui in hoc casu contrarium sentiant. Confirmari potest ex cap. *de illâ*, vbi non ponderatur, quod separatio facta sit ad instantiam partis, sed solum, quod facta sit iudicio Ecclesiæ.

105.

Obiectio.

Resp.

Dices, nullum diuortium potest esse perpetuum, præterquam propter fornicationem carnalem.

Resp. neg. assumptum: quamvis enim sola fornicatio talis sit, ut vel propter vnicam pars innocens perpetuum diuortium possit facere: nihil tamen verat per legem vel iudicis sententiam decerni perpetuum diuortium propter aliquod crimen, quale inductum est cap. *de illâ*, citato, quando pars innocens iudicio Ecclesiæ recedit, quod facit tum, quando ad eius instantiam diuortium celebratur, tum quando alter condemnatur hæreseos.

106.

Dices, id priuilegium non videtur vniuersaliter concedi, sed solum, si velit ad religionem transire, ut patet cap. vlt. de conuersione coniugatorum.

Resp. neg. assumptum, ad capitulum dico, eo quidem decerni, quod pars iudicio Ecclesiæ separata propter infidelitatem compatis possit etiam eâ inuitâ ad religionem conuolare, non tamen decerni, quod teneatur partem conuersam recipere, si nolit religionem ingredi, cuius contrarium statuitur cap. *de illâ*, citato.

Quarta
causa.

Præter causas recensitas lepra, vel similis morbus contagiosus interdum præbet sufficientem causam separationis, de quo particulariùs infra.

Quinta.

Ad hæc coniuges possunt mutuo consensu quibusdam casibus à iure concessis studio vitæ perfectionis à se inuicem separari.

107.

Aliqui consent propter alia compatis peccata posse vnum coniugem ab alio separari, ut propter furta, sed id nullo modo concedendum est, per se

loquendo, patet cap. 2. de diuortijs, vbi expresse dicitur: *Maritus pro facto, vel alio crimine cuius ab eo separari non debet.*

Dixi, per se, quia si crimen cederet in detrimentum alterius, is separari posset, potest etiam vir aliquamdiu abesse ab vxore mala vitæ per modum correctionis: quemadmodum enim potest illam aliis modis corrigere, ita & hoc, si iudicet hac ratione emendandam.

Ad argumenta initio allata Resp. ad prius neg. consequentiam, quia Christus eo loco noluit excludere causas, propter quas etiam iure naturæ licet vnicuique se ab altero separare, & multo minus exclusit causas, propter quas aliquis obligatur ab alio discedere: fecit tamen mentionem solius fornicationis, tum quia illa est vnica causa, propter quam spectatis etiam legibus matrimonij diuortium fieri possit, cum per se & directe auerteretur fidei coniugali, & ita positio omni iure positio iustam causam præbeat diuortij: aliter verò causæ non sint huiusmodi, tum quia fornicatio ita est sufficiens causa diuortij, ut vel vna sufficiat ad diuortium perpetuum faciendum, & quidem propriâ autoritate quoad thorum, verisimiliter etiam quoad habitationem, cellante scandalo: ceteræ verò per se citra iudicis sententiam non sunt tales, sed solum propter periculum præbeant occasionem recessus.

Ex quo patet ad confirmationem argumenti, ad quam Resp. neg. Christum positum interdixisse separationem qualibet aliâ ex causâ: quia sententiis scripturæ citatis solum voluit quod sola fornicatio esset causa per se diuortij, & quod in posterum non liceret maritis variis de causis etiam priuatâ autoritate diuortium perpetuum facere: non verò interdixit id, quod alioquin iure naturæ est licitum, non etiam priuauit publicam potestatem facultate separandi coniuges iustâ ex causâ ad certum, incertumque tempus.

Ad secundum Resp. Augustin. solum velle fornicationem esse solam causam licitæ separationis, quæ scilicet in sacris litteris tradatur, & quidem tanquam propriam secundum leges matrimonij.

QUESTIO VI.

De bonis matrimonijs, & specificatione de bono fidei.

D V B I V M I.

Virum aliqua bona sint constituenda quibus matrimonium aliquo modo censetur excusari?

RESP. affirmatiue, ita cõmuniter Theologi ex August. lib. 9. de Genesi ad litteram cap. 7. & lib. 1. de nuptijs, & concupiscentiâ cap. 11. vbi

Notandum matrimonij bona non eo sensu assignari, quod ea sint omnino matrimonio extrinseca, vel per modum effectus, vel per modum vsus, vel quod matrimonium secundum se sit illicitum, & veritum: neutrum enim verum est, cum

matrimonium sit secundum felicitatem, & cum illud ex se, & sua conditione naturali ordinetur ad prolem, tanquam finem & fructum, & inducat etiam obligationem seruandi fidem comparti. dicitur ergo aliquo modo malum, quod habeat quaedam onera grauiora, propter quae meritis est minus expetendum: atque adeo sunt contra bona aliqua necessaria, propter quae reddatur hominibus expetendum, & censetur quodammodo coonestari, pro quo vltimus

Quo sensu
matrimo-
nium dicitur
aliquo
modo ma-
lum.

2. Notandum statum matrimoniale continere quandam vitæ consuetudinem indissolubilem quoad vinculum; ex quo fit, ut vitæ comparte non possit aliquis alteri coniungi, sed non obstante sterilitate, difficultibus moribus, morbis, diuturnâ compatis absentia, maneat inter coniuges matrimoniale vinculum, teneaturque alter alteri adherere, quod solitarie spectatum reddit matrimonium minime expetendum, cum ex huiusmodi oneribus frequenter oriatur carnis afflictio & tribulatio. 2. in actu coniugali propter vehementem eius delectationem ratio quodammodo absorbetur, quod etiam est minus expetendum.

Tria recen-
sentur ma-
trimonij
bona.

3. Magna sit
bona ma-
trimonij.

Ad hoc ergo ut matrimonium non obstantibus illis incommodis appetatur, quaedam bona in eodem inveniuntur; aliqua quidem conuenientia secundum naturalem illius conditionem, alia vero, prout à Deo eleuato. hæc sunt tria, scilicet bonum Sacramenti, bonum fidei, bonum prolis, quorum primum inuenitur in ipso contractu inter Christianos inito, alia duo inveniuntur in matrimonio intra limites naturæ spectato: fides cernitur in usu matrimonij, proles in fructu.

Porro hæc tria esse magna quædam bona, quibus matrimonium redditur expetendum, patet, cum per matrimonium quâ parte sortitur rationem Sacramenti propriè dicti, conferatur gratia ex opere operato, & insuper conferantur tempore opportuno auxilia actualia ad toleranda matrimonij onera, ad fidem quolibet euentu seruandam comparti, ad prolem susceptam educandam secundum Christi legem ratione boni fidei coniuges ita sibi mutuo debent adherere, ut nullum alium possint cognoscere, & debeant sibi mutuo, per se loquendo, debitum coniugale reddere, per prolem susceptam species humana conseruatur, in quo etiam ratio boni elucet.

Aduerte non tantum esse bonum matrimonij, quod in eo proles actu suscipiatur, sed etiam, quod sit talis status, in quo licitè possit suscipi.

Quid in
coniugibus
requiritur
bonum prolis.

De bono Sacramenti quaest. 2. dictum est, de bono prolis nihil etiam occurrit disputandum, illud bonum requiritur, ut si parentes se mutuo cognoscant, non impendant generationem, non suffocent factum, non eiciant, etiam antequam animetur: si sequatur generatio, proles benignè nutriatur, educetur religiosè, & consentaneè tum naturæ rationali, tum religioni Christianæ, solum oriri potest difficultas de fine, qui debet intendi, ut matrimonium honestè, & absque peccato inea- tur, quod licet quaest. 3. tractari potuisset, non tamen incommode in hunc locum est reseruatum, itaque

D V B I V M II.

Quam ob causam matrimonium contrahi
debeat ut honestè inea- tur?

NOTANDUM matrimonium primariò institutum esse in naturæ officium ad generis humani propagationem, & proinde ad generationem prolis, quem finem etiam in statu innocentia respexisset: secundariò verò in naturâ lapsâ etiam esse ordinatum in remedium concupiscentiæ, præter quæ contrahentes sæpe possunt varia spectare, ut splendorem familiæ, diuitias, gratiam, pulchritudinem, & alia huiusmodi.

Varij censent esse mortale matrimonium contrahere propter fines extraneos. Alij contra censent nullum esse peccatum intendere huiusmodi fines quando sunt honesti.

Suppono nullum esse peccatum intendere sobolem. ita omnes tacitè supponunt, & patet ex eo quod soboles sit finis matrimonij maxime naturalis. hoc supposito

Dico 1. non videtur vllum peccatum matrimonium contrahere ad vitandam fornicationem. videtur tenere Couar. 2. parte epitomes 4. decretalium cap. 1. §. vnico num. 7. si conferatur cum præcedenti, Toletus lib. 7. summe cap. 2. num. 1.

Probatur 1. matrimonium ad eum finem etiam est institutum in naturâ lapsâ, ergo per se nullum est peccatum eum finem intendere: quod enim vitale est ad plures fines, potest propter vnumquemque illorum appeti.

2. Probabili variorum sententiâ exercere actum coniugalem ad vitandam in se fornicationem, nullum est peccatum, ut docent plures citati à Petro Ledesma quaest. 49. art. 5. dub. 3. §. propter hæc argumenta, quorum sententiam censet probabilem eodem dubio §. in huius rei expositionem, inclinatur Victor, de matrimonio num. 272. tenet Sa verbo debitum coniugale num. 5. & alij: quando autem actus caret omni culpâ, eadem carere debet contractus ad talem actum ordinatus.

3. Aliquorum sententiâ, quando contrahentes sunt tales, ut secundum communem spem proles habere non possint, possunt absque peccato contrahere propter vitandam fornicationem, quod post varios docet Sanchez lib. 2. de matrimonio disp. 29. num. 26.

Dices, eo casu finis principalis obtineri nequit, & proinde mirum non est, si secundarius possibilis possit principaliter licitè intendi: quando verò primarius potest obtineri, peruertitur ordo rationis, si præferatur ei secundarius.

Resp. neg. posteriorem partem assumpti: quia cum actus ad plures fines ordinatur, non semper est necesse principalem intendi, nec facile potest ostendi, quod eius neglectus peccatum contineat; sufficit ut nullus alius censetur finis principalis ipsius rei; qui autem init matrimonium principaliter ad vitandam fornicationem, non idcirco iudicat id esse finem primarium matrimonij.

Dices S. August. lib. 9. de Gen. ad litteram cap. 7. indicat esse peccatum veniale.

Resp. neg. assumptum, quia eo loco dicit: Denique viri &que sexus infirmitas propendens in ruinam impudens rectè excipitur honestate nuptiarum, ut quod sanis possit esse officium, sit ægrois remedium. Neque obstat quod eodem cap. agens de incontinentiâ,

Ad quid
primariò
institutum
matrimo-
nium.

5. Diuersæ
DD. sent.

6. Conclus. 1.
Couarr.

7. Tolet.

Prob. 1.
Quod est
vitale ad plu-
res fines,
potest propter
vnumquemque
illorum ap-
peti.

Prob. 2.

Prob. 3.

Sanchez.

7. Obiectio.

Resp.
Non est
necesse
principalem
finem ali-
cuius rei
semper in-
tendi.

8. Replica ex
S. August.
Resp.

9. & nuptiis dicat: *Propter hoc bonum veniale est hoc malum*, quia eo modo loquendi solum videtur vel-
le designare esse licitum querere nuptias, quæ ex
se sunt bonæ ad occurrendum huiusmodi infir-
mitati.

Conclus. 2.

Dico 2. non videtur etiam peccatum contrahe-
re propter fines honestos, quamvis matrimonio
extrinsecos. indicat Sotus dist. 30. quæst. 1. art. 2.
conclus. 3. Estius eadem dist. §. 3.

Sot.

Estius.

Prob.

Probat, matrimonium est utile ad huiusmodi
fines, ergo propter illos intendi potest. unde non
videtur peccatum contrahere cum aliquâ ad pacem
inter regnâ, vel illustres familias componendam,
ad splendorem familiz honestè conferuandum
&c.

10.

Obiectio.

Dices, est inordinatum Sacramentum ad hæc
ordinare.

Resp.

Resp. matrimonium non solum habere ratio-
nem Sacramenti, sed etiam civilis contractus, si
ergo licet in eo pacisci de dote &c. non obstante
ratione Sacramenti, eadem non obstante licebit
contractum matrimonij inire etiam principaliter
propter fines honestos matrimonio extrinsecos.
saltem hæc nullum peccatum continebunt si tan-
tum sint causa applicationis ad hanc vel illam
compartem, ut si quis velit matrimonium inire ad
prolem suscipiendam, sese autem applicet ad con-
trahendum cum hac, vel illâ propter eius pulchri-
tudinem, gratiam. quâ ratione excusari possunt
contrahentes ab omni peccato etiam veniali cum
communiter principaliter saltem confusè spectent
finem intrinsecum matrimonij in suo contractu,
cetera verò, ut causam applicationis.

Quomodo
sape excu-
sari possint
contrahen-
tes ab om-
ni peccato.

DUBIUM III.

*De obligatione quâ coniuges tenentur alijs
carnaliter non commisceri.*

11.

RATIONE fidei matrimonialis coniuges non
tantum tenentur, per se loquendo, sibi mu-
tuo debitum coniugale reddere, sed etiam pecu-
liariter tenentur nulli alteri carnaliter commisce-
ri, tum quia per matrimonialem contractum vnus
transfert in alium dominium corporis sui in ordi-
ne ad generationem, tum quia per eundem coniu-
ges in ordine ad eandem generationem consti-
tuuntur quodammodo vna caro, & proinde non
possunt carnem suam in alium diuidere, cui non
sint simili vinculo copulati.

12.

Coroll.

Ex quibus patet adulterium esse graue pecca-
tum mortale, quod indicatur Levit. 20. Deut. 22.
Proverb. 6. ubi dicitur: *Qui ingreditur ad mulierem
proximi sui, non erit mundus, cum tetigerit eam.* & infra:
*Qui adulter est, propter cordis inopiam perdet animam
suam, turpitudinem & ignominiam congregat sibi.* videri
potest cap. 23. Ecclesiastici, 1. ad Corinth. 6. *Nolite
errare, neque fornicarij, neque idolis seruientes, neque
adulteri &c. regnum Dei possidebunt.*

Leuit. 20.
Deut. 22.
Proverb. 6.

1. Cor. 6.

13.

Porro adulterium non solum continet morta-
lem malitiam, quatenus est congressus persona-
rum, inter quas non intercedit vinculum matrimo-
niale, sed peculiarem superaddit, quatenus est alte-
rius thori violatio, seu accessio ad thorum alienû,
ut S. Tho. 2. 2. quæst. 154. art. 8. cum enim mulier
sui corporis potestatem non habeat, sed vir, simi-
liter & vir sui corporis potestatem non habeat, sed

D. Thom.

mulier, ut Apostolus 1. ad Corinth. 7. consequens
est, quod coniux, quæ alteri carnaliter commisce-
tur, gravi iniuriâ compartem afficiat, similiter &
is, qui commiscetur coniugatæ: neque tantum in
adulterio inuenitur malicia contra iustitiam, qua-
tenus violatur ius compartis, sed & alia peculiaris
contra statum matrimonialem, & contra bonum
fidei, quatenus ea obligat coniuges, ut carnem
suam in alios non diuidant, quæ postrema malitia
ita est inseparabilis ab adulterio, ut nullo euentu
adulterium etiam ex consensu compartis perpe-
tratum illâ carere possit. unde adulterium neces-
sariò duplicem malitiam includit, vnam fornicationis,
quatenus est illicitus congressus personarum,
inter quas non intercedit vinculum matrimo-
niale, alteram contra bonum fidei, & statum
matrimonialem, cui grauis irrogatur iniuriâ, dum
coniugatus carnem suam quidam extra matrimo-
nij fines: quibus communiter accedit tertia, scilicet
cuiusdam iniuriæ in compartem, dum corpus,
quod sub eius est dominio in ordine ad generatio-
nem, ea iniuriâ alteri traditur quoad vnum; quas
malitias specie distingui patet, cum singula specia-
lem deformitatem adferant contra rectam ratio-
nem distinctam ab alijs, ut ex dictis colligi potest:
prima enim est contra castitatem, secunda contra
bonum fidei, & contra statum matrimonialem,
tertia contra ius compartis, in cuius dominium
corpus alterius coniugis transit.

Dixi communiter tertiam accedere, quia proba-
bili quorundam sententiâ hæc tertia potest
abesse ab adulterio, si videlicet compars consen-
tiat, ut alter extraneo commisceatur, & ea in parte
cedat iure suo. ita Lessius lib. 4. de virtutibus cap.
3. dubitat. 10. num. 73. nam quamvis consensus
compartis non possit efficere, ut copula carnalis
coniugati, vel coniugatæ cum non suâ non conti-
neat specialem malitiam ultra eam, quæ est forni-
cationis, quatenus scilicet actus repugnat statui
coniugali: videtur tamen posse impedire, seu effi-
cere, quod minus in eodem actu malitia iniustitiæ
inueniatur, cum scienti, & consentienti non fiat
iniuria.

Ex his patet eum, qui commisit adulterium, non
sufficienter confiteri, si dicat se fornicatum, sed
requiri, ut dicat se adulteratum: quia alijs non
sufficienter explicat peccatum quoad omnem spe-
ciem: immò interdum non sufficienter recenset
peccatum, si dicat in genere se adulteratum, quia
ex tali confessione interdum non sufficienter inno-
tesceret numerus maliciarum, & peccatorum, quæ
in actu materiali adulterij inueniuntur, pro quo

Notandum ex Siluest. verbo *adulterium* num.
1. Molina tomo 4. de iustitia disput. 89. Lessio su-
pra num. 74. & alijs, adulterium tribus modis
committi posse. 1. ex parte viri tantum, ut si vir
coniugatus accedat ad solutam. 2. ex parte femi-
næ tantum, ut si solutus cognoscat coniugatam.
3. ex parte vtriusque, si videlicet coniugatus com-
misceatur coniugatæ, in quo 3. modo constat non
tantum tres malitias numero, & specie distinctas
inueniri, scilicet enumeratas, sed plures distinctas
numero: nam coniugatus adhaerens alteri etiam
coniugatæ non solum iniuriam irrogat sue com-
parti, sed etiam comparti eius, quam cognoscit,
atque adeo committit duplex numero peccatum
contra iustitiam in confessione necessariò expli-
candum, similiter violat fidem matrimonij cum
sui, tum eius quam cognoscit, & ita duorum ma-
trimoniorum iura violantur. unde coniugatus co-

gnoscens

gnoscentes alienam coniugatam debet in confessione explicare circumstantiam coniugati non solum ex parte sua, vel eius, quam cognovit, sed ex parte utriusque, cum, ut ex dictis constat, duplex inde numero malitia ab alijs distincta exurgat, quae non potest innoscere, si solum recensatur status coniugati ex parte vnus. Idem dicendum de muliere coniugata, quae cum alio coniugato adulterium commisit. vbi rursus

17. Notandum non sufficere, si adulter dicat in confessione: sum fornicatus, & iniuriā affecti compartem meam, vel alterius, item fui iniurius in statum matrimonialē; sed necessariō debeat dicere se adulterium commisisse: quia ex priori explicatione non sufficienter innoscitur species peccatorum, seu iniuriarum: cum iniuria, quae committitur in compartem, dum coniugatus, vel coniugata alteri carnaliter commisceatur, sit alterius rationis ab ea, quā debitum conjugale ei negatur &c. & proinde non sufficienter explicetur species peccati, dicendo: affecti compartem iniuriā: immo non possit sufficienter explicari, nisi explicetur ipsum materiale actus: ex eo enim intimē dependet species iniuriar, quae cernitur in adulterio. similiter dicendum de iniuriā commissa in ipsum statum conjugalem, cuius species non potest innoscere, nisi actus ipse carnalis ita explicetur, ut declaretur hanc iniuriā ex illo oriri: quemadmodum species impietatis, quae inuenitur, dum quis matrem suam carnaliter cognoscit, non sufficienter innoscitur, si actus ipse non explicetur tanquam materiale impietatis, seu, si non dicatur impietatem commissam per copulam carnalem cum matre.

18. Ex quibus sequitur, quod si adulter, vel adultera in aliqua confessione etiam inculpat solum dixisset se commisisse fornicationem, non sufficeret dicere in sequenti confessione se compartem iniuriā affectis, sed necessariō deberet dicere se adulterium commisisse: quia sine explicatione actus carnalis species iniustitiae non posset innoscere, ut ex dictis patet, & ita in similibus est ratiocinandum.

19. Petes, an adulterium soluti cum coniugata grauius sit, quam coniugati cum soluta: Martinus de Magistris apud Caiet. in art. 8. citato censet adulterium coniugati cum soluta esse grauius, quam soluti cum coniugata: quia in posteriori casu vir nihil agit contra fidem a se datam, sicut agit coniugatus, & de cetero reliqua sunt paria. Sed contrarium est omnino verius, quod docet Caiet. supra, Lessius in fine dubitationis citata, & indicat Molina supra, pro solutione autem

20. Notandum, quod licet paria sint iura mariti, & uxoris quoad actum conjugalem, similiter par sit ius utriusque, per se loquendo, ut compar non copuletur extraneo: nihil tamen obstat, quo minus adulterium aliquod sit grauius propter quasdam circumstantias, quae licet praecise, & formaliter loquendo sint extrinsecae, necessariō tamen in aliquo inueniuntur. unde

21. Respondeo 1. quando adulterium est vnus extremi, mulier coniugata grauius peccat quam soluta cognoscentes coniugatum.

Probat, grauius naturae repugnat coniunctio vnus feminae cum pluribus viris, quam vnus viri cum pluribus feminis. 2. quando coniugata commisceatur alteri, quam marito, proles minus est certa, vel saltem ex natura & conditione congressus natum est sequi, ut sit minus certa, quod cedit in graue ipsius proles detrimentum, cum inde se-

quatur impediri eiusdem proles educationem, subtrahi scilicet cura paternā. Adde per tale adulterium coniugatam exponi manifesto periculo supponendi marito alienam prolem, & prolibus legitimis irrogandi iniuriā, quae sunt grauiissima incommoda.

Resp. 2. similiter grauius peccat solutus committens adulterium cum coniugata, quam coniugatus cum soluta: quia, quantum ex conditione actus est, concutit ad omnia incommoda enumerata, & insuper ad violandam fidem, quam femina debet suo marito. quamvis ergo ipse nulli immediate fidem violat, nihilominus cooperatur ad violationem fidei ab altera praestitā, & ita eius peccatum non est minus, quam adulterium coniugati, & insuper illud excedit in incommodis enumeratis, ad quae moraliter, per se loquendo, concutit.

Ex quo patet responso ad rationem Martini in contrarium allatam.

Ex occasione peti potest, num sponsus, vel sponsa de futuro alienum cognoscentes committat adulterium? Affirmat Palud. dist. 27. quaest. 1. art. 3. & plures quos refert Sanchez libr. 1. de matrimonio disp. 2. num. 1. Probabilius tamen negant alij, Sanchez supra num. 2. qui plures citat, & videntur supponere Molina, Lessius, Syluester supra, sumiturque ex D. Thom. art. 8. citato docente adulterium esse accessionem ad thorum alterius, seu esse violationem thori alieni, constat autem ante matrimonium de praesenti duos non dici esse eiusdem thori.

Difficultas est, num saltem contineat nouam specie malitiam in confessione explicandam. Negat Couarr. 1. parte epitomes 4. decretalium cap. 1. num. 14. Henriquez libr. 11. cap. 13. num. 4. & alij, quod censet probabile Petrus Ledesma quaest. 43. art. 1. dub. ult. §. in huius expositione.

Secunda sententia tenet inducere nouam specie malitiam, eamque grauem, & proinde in confessione explicandam, quando sponsa fornicatur, vel aliquis cum ea non verò, quando fornicatur sponsus, ita Sanchez supra num. 6.

Tertia absolute censet superaddere nouam malitiam in confessione explicandam etiam ex parte sponsi. ita Ledesma supra, Rebellius parte 2. de obligationibus iustitiae, quaest. 8. sect. 2. §. quare quale crimen, & plures apud Sanchez supra num. 5. quorum sententiam censet esse valde probabilem, videturque omnino verior.

Probat, contra primam sententiam, sponsi de futuro fornicantes non solum peccant contra castitatem, sed etiam contra fidem sponsalium, ut indicatur cap. quemadmodum, de iureiurando, vbi indicatur eum, qui post sponsalia commisceatur extraneo, contra regulam desponsationis venire; id autem adfert nouam specie malitiam, quae saltem in sponsa est grauis, ut fatetur Sanchez supra num. 6. Probat, verò etiam esse grauem in sponso: fornicatio sponsi superueniens sponsalibus praebet sponsae sufficientem causam ea dissoluendi, ut cum communi Doctorum sententia fatetur eodem lib. disp. 55. conclus. 3. dicens neminem de hoc dubitare, ergo continet grauem iniuriā sponsae irrogatam: quia levis culpa, & iniuria non sufficit ad dissoluenda sponsalia. consequentia probatur, in hoc casu competit innocentis ius dissoluendi sponsalia ratione iniuriar sibi illatar: non verò solum propter aliquod vitium superueniens in re promissa.

Aduerte tamen grauiorem iniuriā inueniri in fornicatione sponsae: quia praeter iniuriā, quae

Resp. 1.

21.

Petitio.

Palud.

Resp. neg.

probabili-

hor

Sanchez

Molin.

Lessius

Syluest.

22.

Difficultas.

Couarr.

Henriq.

negat.

Alij respon-

dent affirm.

de sponsa.

Sanchez.

Tertia sen-

tentia.

23.

Praefertur

duabus a-

liis.

Prob. contra

primam

sentent.

Cap. quem-

admodum.

24.

Grauior

est iniuria

fornica-

tionis spon-

sae.

inuenitur, eo quod frangatur fides sponsalium, grane vitium in re promissa superuenit, & quidem sponsæ voluntarium, quæ proinde etiam ex hoc peculiari capite sponso infert iniuriam: quemadmodum grauem infert iniuriam, qui in re alteri debitâ notabilem inducit defectum. vnde hæc iniuria, formaliter loquendo, videtur differre ab eâ, quæ oritur ex ratione promissionis.

Confir. qui nolentem sponsam defloraret, non solum ei grauem iniuriam irrogaret: verum etiam eiusdem sponso, inducens notabile vitium in re illi promissa & obligatâ, propter quod vitium etiam sine culpâ sponsæ superueniens potest sponso à sponsalibus resilire. ex quibus patet solum cognoscentem sponsam alterius de futuro teneri eam circumstantiam in confessione explicare, non solum, quia sit circumstantia notabiliter aggrauans intra eadem speciem, quod indicat Rodriguez tomo 1. summæ cap. 53. num. 3. sub finem: sed quia contineat specialem malitiam naturâ distinctam à malitiâ fornicationis, vt ex dictis patet: quod etiam de sponso fornicante dicendum, quamuis quoad sponsum sententia Sanchez non sit improbabilis.

25. Potest iuxta supra dicta si vel sponso consentiat in deflorationem sponsæ, vel hæc in deflorationem sponsi, illa circumstantia non erit explicanda: cum eo casu vnica specie & numero malitia inueniatur, sublatâ scilicet iniuriâ respectu compartis per illius consensum, cum volenti non fiat iniuria.

Obijci potest pro primâ sententiâ, quod per sponsalia solum inducatur obligatio suo tempore matrimonium ineundi cum comparte, cum quæ ea sunt celebrata, & cum nullâ aliâ, nisi sponsalia legitime dissoluantur: non verò inducatur obligatio non exercendi ante matrimonium actum carnalem cum aliâ, ergo circumstantia sponsi, vel sponsæ non inducit in actu nouam specie malitiam, immò nec notabiliter aggrauantem.

Confir. si quis vouerit ingressum religionis, & ante illum aliquam carnaliter cognoscat, per se loquendo, non grauius peccat, quam si non vouisset, ergo neque grauius peccat is, qui post contracta sponsalia aliam carnaliter cognoscit.

Resp. 1. cum secundâ sententiâ neg. consequentiam, si agatur de sponsa: quia, vt ex dictis patet, & ex communi prudentiam iudicio fornicatio superueniens in sponsâ notabilem inducit defectum in re promissa, & notabilem rei mutationem, ratione cuius etiam inculpatè aduenientis sponso potest licitè soluere sponsalia. vnde quicumque huiusmodi defectum inducit voluntariè, grauem sponso iniuriam irrogat.

Resp. 2. neg. antecedens etiam de sponso intellectum: quamuis enim expressè solum videatur induci obligatio matrimonij suo tempore ineundi, tacitè tamen etiam inducitur obligatio non cognoscendi aliam, vt patet 1. ex cap. quemadmodum, citato; ex quo docemur sponsam fornicantem cum alio, quam sponso, contra regulam desponsationis venire, id est sponsalium fidem frangere. Nec refert quod solum agat de sponsâ, quia de eâ solum quæstio fuerat proposita; alioquin cum in hac parte paria sint iura sponsi, & sponsæ, constat Pontificem in simili docere sponsum fornicantem cum aliâ, quam cum sponsâ etiam frangere fidem sponsalium. 2. patet ex eo quod fornicatio superueniens etiam in sponso præbeat sponsæ sufficientem causam dissoluedi sponsalia, igitur sponso grauem iniuriam sponsæ intulit, vt supra collegimus; non autem aliam, quam quod censeatur con-

tra tacitam suam promissionem fecisse, ergo sponsalia continent etiam tacitam promissionem non exercendi actum carnalem cum extraneo, etiam ante matrimonium cum sponsâ de futuro; id autem videtur oriri quod per sponsalia partes sibi mutuo promittant corpora in ordine ad generationem, vnde singuli ius aliquod acquirunt ad corpus alterius, cui iuri officitur, dum vñs corporis alteri traditur in ordine ad generationem, idque non solum ratione defectus, qui in re promissa induci potest, sed etiam ratione sui: nam ipse actus in se est quid graue, & in quo promissarius grauiter læditur.

Ad confirmationem Resp. neg. consequentiam: quamuis enim votum ingrediendi religionem in quibusdam conueniat cum sponsalibus, in hoc tamen differt quod neque ex rei naturâ, neque ex tacitâ vouentium voluntate includat votum abstinendi à venereis: nam quoad obiectum solum dicit promissionem ingressus religionis, vnde proprie differt obiecto à voto castitatis; quoad tacitam verò voluntatem vouentium patet ex eo quod coniugati mutuo consensu vouentes ingressum religionis per se non censeantur voto contrahere, si ante realem ingressum se mutuo carnaliter cognosceant.

D V B I V M I V.

De obligatione, quâ coniuges tenentur sibi mutuo debitum reddere.

CONIUGES, per se loquendo, teneri comparti petenti reddere debitum coniugale, communis est & certa Doctorum sententia, quæ sumi potest ex Apostolo 1. ad Cor. 7. *Viri vobis debitum reddat, similiter autem & vxor viro*, & paulo post: *Nolite fraudare invicem, nisi forte ex consensu ad tempus ut vacetis orationi*, vbi Apostolus indicat quod negare actum coniugalem comparti illum exigenti sit eam in re sibi debitâ fraudare; cuius ratio etiam ibidem adfertur ab Apostolo: *Mulier sui corporis potestatem non habet sed viro, similiter autem & vir sui corporis potestatem non habet sed mulier*, quasi dicat: tenentur sibi mutuo debitum coniugale reddere, quia per matrimonialem contractum vir transiit dominium corporis sui in vxorem in ordine ad generationem, & hæc in virum. vnde quando compars actum coniugalem petit, petit vñm rei suæ, quem proinde tenetur alter præstare; cum autem ille vñs communi prudentum iudicio sit aliquid graue, sequitur obligationem reddendi debitum esse grauem, vnde secundum communem Doctorum sententiam coniugatus, qui nullâ subsistente causâ negat debitum coniugale comparti petenti, per se loquendo, peccat mortaliter: quâ in parte femina sæpius possunt mortaliter peccare, cum facilius maritis perentibus soleant debitum negare, vel ex ira, vel quod curiant deuotioni vacare, vel quod propter ætatem prouectam censeant indecorum actui carnali vacare, quæ proinde serio à confessariis sunt monendæ, vt ad suam obligationem attendant. vbi

Aduerte partem, quæ sine causâ parti exigenti debitum negauit, non sufficienter explicare peccatum in confessione dicendo se fuisse iniuriam in compartem, cum hac ratione species peccati non innotescat: nam vt ex præcedenti dubio patet, alia iniuria irrogatur comparti, dum pars alteri carnaliter copulatur, alia verò dum ei debitum negatur;

ergo ad perfectam peccati explanationem requiritur, ut explicetur iniuriā illatam negatione debiti.

30. Porro debitum non tantum formaliter, & expressè potest exigi, sed etiam tacitè, unde pars tenetur debitum reddere non solum, quando compars expressè petit, sed etiam, quando ex circumstantijs censetur tacitè petere: quā ratione vir potest facillè interdum obligari ad actum carnalem exercendum, etiam si vxor illum expressè non exigat, si videlicet ex signis deprehendat illam tacitè petere, ut si quadam tristitia, vel aliter ostendat se actum conjugalem desiderare: nam mulier propter sexus conditionem, & innatam verecundiam raro solet debitum expressè petere, nihilominus desiderans congressum mariti, quo casu licet vir verbo petat, moraliter tamen censetur debitum reddere, quod est notandum pro varijs quæ in sequentibus dicemus, dicta de tacitè petitione, & obligatione reddendi debitum illi respondente non ita locum habent in viro, qui non tam facillè potest præsumi actum conjugalem exigere, nisi illum expressè petat propter maiorem virilis sexus hac in parte libertatem, unde mulier raro tenetur debitum reddere viro non expressè petenti.

31. Notandum non semper partem mortaliter peccare quando non reddit debitum compari petenti, sed tum demum si expressè, vel tacitè petat sub obligatione: si enim solum petat ex quadam benevolentia, negans non statim est arguendus peccati mortalis; simile quid videmus in debitoribus pecuniarijs, qui non statim mortaliter peccare dicendi, si creditori simpliciter debitum petenti non solvant: quia non semper censetur virgere redditionem sub obligatione, & ita ut si debitor negligat reddere, peccet contra suam obligationem; simile quid etiam est videre in mancipio, quod non statim censendum est mortaliter peccare, si domino eius operas requirente non operetur, quia dominus non semper censetur petere sub obligatione iustitiz, quā mancipium illi adstringitur.

32. Obiectio. Dices, petens rem suam ab alio, apud quem extat in specie, censetur petere sub obligatione iustitiz, ita ut alter mortaliter peccet, si cessante iusta causa non restituat, ergo dicendum est partem petentem debitum semper censeri petere sub obligatione iustitiz, nisi aperte constet de contrario.

Resp. neg. consequentiam, nam latum est discrimen inter detentorem rei alienæ & coniugem respectu compars, quod prior iniquè rem alienam detineat, quam, etiam per se loquendo, tenetur reddere, antequam repetatur: coniux verò non retinet iniquè corpus suum, neque tenetur in actu conjugali subseruire compari, antequam illa petat debitum, cum eo sensu dicatur corporis sui dominium in alium transulisse in ordine ad actum conjugalem, teneaturque illi subseruire sui corporis exhibitione, dum id exigit, aptiusque comparatur mancipio, quod operas suas cedet domino exhibere, quod communi sensu non statim censetur peccare mortaliter, si domino petente non labore, sed tum demum, quando labor alicuius momenti sub obligatione petitur.

33. 2. Compars non peccat parte etiam petente debitum virgendo obligationem, si eam precibus flestat, ut actum conjugalem non exerceat, eaque precibus flexa abstinat, quod etiam in alijs debitoribus locum habet. In praxi tamen cautè est procedendum, quia plerique coniugati non possunt facillè distinguere, quando nam compars petat sub

obligatione, quando verò citra obligationem, qui proinde denegando facillè possunt incurrere periculum peccati mortalis, præsertim quando compars moderatè petit. Adde quod ex denegatione possint facillè esse causa pollutionis in compars, similiter videndum, ut preces non ita censentur importunæ, vel armatæ, ut pars inuoluntariè desistat à petendo debito: si enim compars non tam voluntariè desisteret, quàm victa alterius importunitate, pars non reddens debitum non esset immunis à peccato mortali. Idem in similibus circumstantijs est dicendum: quemadmodum is non esset liber à debito soluendo, cui propter summam importunitatem, vel ad evitandum graue aliquod malum creditor illud remitteret.

34. Ex dictis facillè potest colligi eam mulierem non peccare mortaliter, quando maritus petit actum conjugalem, eò quod aduertat vxorem illum desiderare, non peccare, inquam, si mutato animo non cupiat viri congressum, & cum non cognoscat, cum eo casu vir non tam petat, quàm censetur velle reddere, & omnia in favorem vxoris faciat.

35. Petes, an mulier satisfaciatur suæ obligationi, si viro etiam exigenti præstet quidem vsuram corporis sui; animum tamen ad alia conuertat, ita ut natura non excitetur: videri enim possit non satisfacere, quia si vxor debitum conjugale exigat, maritus teneatur sese excitare, ut illud reddat. 2. vir habet potestatem in corpus mulieris in ordine ad generationem, ergo petenti vsum corporis vxoris, ea debet subseruire aptè ad generationem, quod non potest præstare absque aliqua naturæ concitatione.

36. 3. aliàs semen virile suo fine frustrabitur. Non est tamen improbabile satisfacere, & sufficere, si vsum affum pro vasis naturalis tribuat: nam eo ipso congressus est aptus ad generationem quantum est ex parte actus, & modi. Confir. sterilis quæ certò nouit se non seminaturam, potest actum conjugalem exercere tam petendo, quàm reddendo, quod tamen minime liceret si viro seminante requireretur, ut mulier sese ad seminationem excitaret, atque adeò in illum finem teneretur cum naturæ excitatione marito subseruire, unde verisimile est mulierem coniugatam, cui non placent actus venerei, posse in reddendo debito animum ad alia conuertere, & sic remanere frigidam, quod potest colligi ex ijs, quæ tradunt varij, scilicet semen femineum non omnino requiritur ad generationem, pro quā sententiā citat Sanchez lib. 9. disp. 17. nu. 9. & tenet Lessius lib. 4. de virtutibus cap. 3. dub. 7. num. 55. nam concitatio naturæ solum videtur requiri ad seminationem. non potest tamen mulier ita se gerere ex intentione impediendi generationem.

37. Ad 1. argumentum in contrarium allatum respondeo disparem esse rationem viri, & femine, quod vir non possit sine aliqua corporis concitatione actum conjugalem exercere, unde mirum non est, quod ad reddendum debitum teneatur naturam excitare: mulier verò potest sui corporis, & vasis naturalis sine tali concitatione vsum præbere.

38. Ad 2. Resp. ex dictis, scilicet aliquos probabiliter sentire sequi posse generationem, quamvis femina non seminet, & proinde non obstante eo quod animum ad alia conuertat, posse marito subseruire in ordine ad generationem.

Ad 3. Responso patet ex dictis, quod scilicet semen virile non frustratur suo fine propter defectum, dum seminis feminei secundum sententiā, quæ censet absque hoc sequi posse generationem.

Initio dubij dixi, per se loquendo, coniugem tenetur

Coroll.

Petitio.

Negatiua
suadetur.

35.

Resolutio
affirm. probabilis.

36.

Solutur
primarij
contrarij.

37.

Solutur
secundum.

38.

Solutur
tertium.

nec

neri debitum parti exigenti reddere, ex varijs tamen capitibus potest excusari, de quibus dicendum.

Vtrum teneatur reddere primo bimestri superiori quest. dub. 6. dictum est. Ex dictis etiam qu. 4. dub. 16. in fine facile patet coniugem non excusari à reddendo debito parti exigenti ante benedictionem nuptiarum in templo fieri solitam, quandoquidem ibi cum plurimis dixerimus nullum esse peccatum ante benedictionem matrimonium consummare: quia tamen aliquorum sententiā non potest matrimonium consummari sine peccato ante benedictionem quando illa solet adhiberi, pars, quā illi sententiā sese conformans debitum negaret, à peccato excusaretur. Dico, quando illa solet adhiberi, quia quibus casibus in aliquā provinciā nuptiæ non solent benedici, non potest propter omissionem benedictionis negari debitum coniugale. Quibus locis clandestinum matrimonium est validum, pars non tenetur debitum reddere comparti ante matrimonij publicationem, quia actus coniugalis ante publicationem matrimonij non est licitus, his breviter præmissis

DVBIVM V.

Vtrum coniux teneatur debitum reddere cum gravi corporis, vel animæ periculo?

39.

Resp. neg. communis.

RESPONDEO non teneri, ita communiter Doctores, quia nullus tenetur in talibus circumstantijs suo creditori satisfacere, & ius ad corporis, vel etiam animæ salutem potius est in vnoquoque, quā sit ius alterius ut ei debitum reddatur: quamvis enim per contractum matrimonialem tradatur alteri ius in corpus: tradens tamen nunquam cedit iure, quod illi competit ad vitam vel corporis sui salutem conservandam, vnde huiusmodi traditio semper intelligitur, salvo iure vitæ, & salutis corporis, & proinde cessat obligatio reddendi debiti, si redditio timeatur notabile corpori damnum allatura, & multò magis si timeatur animæ nocitura, & propter illud ius unusquisque potest sanitatem suam præferre aliquali conservationi speciei & propagationi, quæ sequeretur ex prole suscepta.

40.

Coroll.

Ex his facile patet, uxorem quæ non potest actum coniugalem exercere sine mortis periculo, non teneri debitum petenti reddere, neque etiam eam quæ reddendo debitum exponitur periculo grauioris alicuius morbi, vel mali, quod vel ex prudentis medici iudicio, vel experientiā potest cognosci: mulier enim, quæ ex varijs mariti congressibus experta est graues infirmitates, & morbos periculosos, non tenetur debitum coniugale marito petenti reddere, neque vir habet ius ad actum coniugalem cum tanto compartis detrimento exercendum.

41.

Decisio variorum casuum.

Deduci etiam potest decisio variorum casuum, quos ponit Sanchez lib. 9. disp. 24. nu. 3. & sequentibus, videlicet quod coniux febri laborans non teneatur debitum reddere, similiter non teneatur reddere paulò post prandium (idem est de cernā iudicium) quia inde graue periculum valetudinis incurritur. 3. neque teneatur immoderatè, & nimis frequenter petenti, quia frequentior copula nocet valetudini, quod etiam in hoc casu docet Sa verbo *debitum coniugale* num. penultimo asserens saltem non esse mortale, quod etiam censet Estius dist. 32. §. 3. & plures alij. sed ratio allata suadet ne quidem esse veniale.

sa.

Estius.

Non tenetur etiam reddere debitum coniugale

cum lepræ periculo, ita multi quos citat, & sequitur Sanchez disp. citata nu. 17. quod intelligitur, nisi lepra compartis ante matrimonij fuerit cognita.

Nec obstat cap. 2. de coniugio leproforum, in quo Alexander 3. docet, quod sanus debeat comparti leprosæ exigenti debitum reddere: quia id intelligitur quando reddi potest sine grauioris mali, seu lepræ periculo, alioquin ex cap. 1. eiusdem tituli satis apparet coniuges cum tali periculo non teneri debitum comparti reddere, si quis tamen, in hoc & similibus euentis, in morbis quodammodo habitualibus petentis, debitum reddat ex affectu, & beneuolentiā coniugali, non peccat, quia potest salutem corporis postponere amori coniugali, quā ratione coniuges laudabiliter etiam cum periculo sanitatis, & vitæ assunt comparti peste, vel simili morbo contagioso laboranti, licet ad id non teneantur. Nec tantum excusatur pars ab obligatione reddendi debiti propter periculum proprii incommodi, sed etiam propter periculum petentis, nisi iusta causa excuset.

Petes 1. vtrum in similibus euentis pars teneatur debitum reddere, quando saltem in compartis est periculum pollutionis?

Resp. negatiuè. ita varij. quemadmodum enim varijs alijs euentibus coniugatus tenetur aliter occurrere periculo incontinentiæ, quā per actum coniugalem, ita & in hoc euentu, cum in illo pars non censeatur liberari ab onere reddendi ex alterius condonatione, sed ex ipsa rei naturā, quæ ius ei tribuit sibi suæque corporali salutis consulendi non obstante traditione corporis in alterius dominium, quo casu respectu mali alterius permittitur censetur se habere, prudenter tamen considerandum, an subsit malum aliquod extraordinarium, nam propter ordinarios dolores quos femina in partu solent pati, non possunt debitum maritis negare, ut communiter Doctores.

Petes 2. an idem sit dicendum, si solum proli periculum immineat, v. g. lepræ?

Resp. negatiuè. quia melius est proli nasci leprosam, quā absolute non nasci; vnde ex eo capite non potest elidi ius, quod aliquin competit comparti ad debitum coniugale exigendum, ita passim Doctores, licet pauci contrarium sentiant.

DVBIVM VI.

Vtrum liceat debitum coniugale negare ob paupertatem?

VIDERI possit licere, quia debitor non tenetur suo creditori restituere cū rei familiaris detrimento.

Dux sunt hac de re sententiæ.

Prior negat. Valent. disp. 10. quest. 6. puncto 2. §. *quid per excessum*, Rebellius 2. parte de obligationibus iustitiæ lib. 2. quest. 16. sect. 1. conclus. 4. & plures alij.

Posterior asserit. Sotus dist. 32. quest. vnica art. 1. §. *quid autem*: qui tamen satis timide loquitur. Notandum sermonem posse esse vel de paupertate parentum, vel de paupertate prolium, quæ in matrimonio gigni possunt.

Resp. &

Dico 1. non licet comparti petenti debitum negare, eò quod coniuges proliibus abundant, quarum multiplicatio sit causa, cur singulæ minis commodè habeant, vel etiam sint pauperes.

Probat, 45.

PRÆPOSI
DE
Incarnat. Sacra
DNI

Prob. Probatur, ius in corpus alterius, quod tribuitur per matrimonialem contractum, maius est, quam ius in prole nondum nata, ut scilicet non patitur in commodum paupertatis, ergo propter in commodum secuturum in prole pars non debet liberari ab obligatione reddendi debitum comparti.

Confir. bonum, quod proles acquirit per generationem, longe maius est, quam sit incommodum, quod forte cogetur subire: cum per generationem acquirat esse hominis.

Replica. Dices, licebit saltem negare propter incommodum, quod proles iam nata incurrit, quia per proles multiplicationem rediguntur ad paupertatem, cum tamen utrumque commodè haberent, si essent pauciores: cum iam nata ius habeant, ut non redigantur ad paupertatem.

Resp. neg. assumptum, eiusque probationem, quia proli nullum ius competit, ut non sit pauper, & non fortitur statum inferiorem, quam sit status parentum, atque adeo ut parentes non possint proles multiplicare.

Confir. communi consensu quantumcumque parentes sint pauperes, possunt vacare actui coniugali etiam cum prolium multiplicatione, igitur si gnatum est paupertatem, ad quam forte rediguntur etiam proles iam nata, non obstat iuri parentum ad actum coniugalem exercendum, neque parentes tenentur prolihus hereditatem relinquere.

Dices, si parentes sint pauperes, non potest debitum reddi, quo casu proles nata non possit ab aliâ nutrice lactari.

Resp. paupertatem in eo casu quodammodo per accidens concurrere, ratio enim cur tali casu non possit peti, vel etiam reddi debitum coniugale, est quod cum mater prae paupertate non possit tradere prolem alteri nutritionem, debeat ipsa nutrire: si autem ex debiti redditione impraegnetur, lac contrahet qualitatem infanti noxiam, unde ex tali coitu sequetur graue nocuum corpus proli iam genitæ iuxta aliquos, quod incommodum propriè dicitur ius petendi debitum in coniugibus, immodò ipsum actum coniugalem exercendi saltem communiter: quod addo, quia si congressus coniugalis indicetur necessarius ad grauem morbum patris auerendum, hæc poterit debitum petere, videturque mulier teneri reddere, quantumvis proli iam nata incommodum sequatur, quia nullus perdit ius ad actionem ex se licitam sibi que summè necessariam, eò quod alteri forte graue malum imminuat, ad quod in illis circumstantijs censetur solum permissiue se habere.

Dixi, iuxta aliquos, quia alij censent communiter nullum graue damnum proli oriri, secundum quam sententiam pauperes non impediuntur etiam ex eo capite abstinere ab actu coniugali, nisi in aliquâ particulari sit morale periculum grauioris mali.

Dico 2. si parentes ipsi per multiplicationem prolium paupertatem sint subituri, ita ut non sint futuri sufficientes prolihus alendis, & in comparte absit incontinentiæ periculum, non videtur peccatum petenti debitum negare. ita Sanchez, libr. 9. disp. 25. num. 3. Petrus Ledesma quaest. 64. art. 1. difficultate 5. Sorus supra, quamuis timide, cum dicat non esse saltem mortale, quod etiam dicit Sa, verbo *debitum coniugale* num. penultimo.

Probatur, debitor non tenetur satisfacere creditori cum notabili suo detrimento, quando in creditore nullum simile, vel maius detrimentum timeatur, ergo coniux non tenetur comparti debitum

reddere quando ex actu coniugali ea sequeretur prolium multiplicatio, ut parentes eas non possint alere: id enim est grauamen parentum, qui proles tenentur alere. Dixi, quando in creditore &c. cum enim eo casu debitor teneatur suo creditori satisfacere, sequitur quod in presenti non liberaretur à redditione debiti, si in petente subesset morale periculum incontinentiæ, ut tradunt authores citati, & passim alij, cuius vltior ratio est, quod incommodum in facultatibus excusans debitorem à persoluedo debito non tam oriatur ex rei naturâ, quam ex quadam tacitâ creditoris concessione, qui videlicet non præsumitur velle suum creditorem ita grauare, quæ tacita concessio non potest præsumi, quando ipsemet creditor æquale, vel maius detrimentum incurreret ex dilatione solutionis. Ex quo patet quod quando in petente subesset periculum pollutionis, non posset prudenter præsumi consentire, ut illi petenti actus coniugalis negari possit.

Ex quâ ratione facile potest colligi parte vrgente debitum substrictâ obligatione, illud negari non posse non obstante incommodo alicuius paupertatis in reddente. si enim solum oriatur ex tacitâ creditoris voluntate, quod in tali circumstantia debitor non teneatur reddere, non potest excusari, quando de contrariâ voluntate manifestè constat. quia tamen authores in casu paupertatis parentum absolute loquuntur, nec se fundant in illâ tacitâ petentis voluntate, propter eorum auctoritatem non est improbabile, quod liceat negare debitum etiam vrgenti obligationem, modò in petente absit periculum pollutionis.

Ex quo videtur deduci, quod si nobilis non possit alere multas proles sine notabili status detrimento, seposito periculo pollutionis in comparte, non teneatur ei petenti debitum reddere. E contrario communes pauperes non videntur excusari à reddendo debito, eò quod proles sint multiplicandæ, quas alere nequibunt, cum neque patiantur status detrimentum ex multiplicatione prolium, neque difficultas in prolihus alendis videatur valde ponderanda, cum pene mendicato viuere possint.

Ex dictis facile patet quod coniux non teneatur debitum reddere cum notabili iacturâ fame, quando autem tale subsit periculum, prudenter ex circumstantijs est perpendendum

DV B I V M VII.

Utrum liceat negare debitum furioso, vel ameni?

Q V A N D O vterque coniux est amens, non licet alijs procurare eorum commixtionem, quia proles ex tali concubitu orta priuabitur educatione sibi debitâ, cum neutrius parentis cura possit illi subuenire. quod si alter solum sit amens etiam ameniâ perpetuâ, sanus potest cum eo actu coniugalem exercere, si forte nullum proli timeatur periculum, ut si nullum sit periculum abortus, hoc supposito

Quæritur num sanus teneatur tali petenti debitum reddere? Affirmant varij, sed alij probabilius negant, quia illa petitio non est humana, ex quâ negatiua aliquis possit obligari ad redditionem debiti. Idem censent varij quando ebrius petit actum coniugalem.

DV B I V M

DVBIVM VIII.

Utrum coniux tempore menstrui fœminei debitum negare possit.

53.

NOTANDVM fœminas fluxum aliquem naturalem pati, quasdam tertio quoque mense, alias singulis mensibus, alias nunquam. de quo videri potest Plinius lib. 7. historię naturalis cap. 15. Quæritur vtrum tempore huius fluxus, qui passim menstruum dicitur, liceat debitum negare exigenti? seu an mulier illum fluxum patiens possit debitum negare viro exigenti, & vir possit negare mulieri illā passionē laboranti?

Tres in genere possunt esse sententiæ.

54.

Prima sent.

Scot.
Angel.
Estius.

Prima asserit teneri negare, eò quod talis congressus sit mortalis, & sub mortali prohibitus ex parte vtriusque. tenet Scotus dist. 32. quæst. vnicā post medium, Angelus verbo *debitum* nu. 32. Estius dist. 31. §. 5. versu, *quarid quando*. Idem dicendum in sententiā eorum, qui censent redditionem tantum esse venialem, cum nullus possit obligari ad exercendum actum venialiter malum, quod tenent plures citati à Sanchez lib. 9. disp. 21. nu. 12. His accedunt, qui simpliciter dicunt coniugem non teneri reddere debitum, quamvis non explicent, an peccet in redditione necne, ita plures citati à Sanchez num. 13.

Secunda
sentent.

Henric.

Secunda sententiā potest esse, quod teneatur reddere, quando in petente subest periculum incontinentiæ, aliā non, ita Henriquez lib. 11. cap. 5. num. 7. qui in posteriori casu non explicat, an reddens peccet, necne, quamvis videatur insinuare, quod non peccet.

Tertia.
Palud.
Sot.
Syluest.
Ledefm.

Tertia sententiā tenet coniugem obligari ad reddendum, ita Palud. dist. 32. quæst. 1. art. 3. Sotus quæst. vnicā art. 2. circa secundum, Sylu. verbo *debitum coniugale* nu. 8. versu, *sexid quæritur*, Petrus Ledesma quæst. 44. de matrimonio art. 1. difficultate 3. conclus. 2. & plures, qui docent virum prius admonendum, & si fieri possit flectendum, ut desistat, qui si monitus nolit desistere vel subest periculum odij, vel quod ad alios sit abiturus, mulier teneatur debitum reddere, indicat S. Thom. infra citandus. Sanchez tamen disp. citatā, num. 16. censet admonitionem non necessariā præmittendam, atque ita coniugem teneri absolute debitum reddere etiam nullā monitione necessariā præmissā, pro quo plures refert num. citato. Resp. &

S. Thom.
Sanchez.

55.

Resolutio
Auctoris.

Dico coniugem posse in praxi, cui voluerit sententiæ, sese accommodare, & sequendo primam posse debitum absque peccato negare, verum, quia res hæc habet vsum quotidianum & timoratas conscientias reddit perplexas, videndum quid speculatiue probabiliter saltem dici possit, an scilicet actus coniugalis tempore menstrui non possit esse licitus saltem in reddente. si enim possit in illo excusari, nullus faciendus est scrupulus fœminis, quæ à viris cognoscuntur, dum eā passione laborant: cum sæpe non possint eorum congressum facile declinare sine probabili metu odij, vel saltem immixtionis affectus maritalis, quod in coniugata magnificandum est, propter quod euitandum merito possit illi permitti ut iuxta sententiā probabilem se gerat. Adde, quod ex frequentiori negatione debiti merito timeri posset, ne vir naturæ præferuatur ad alias se conuertat.

Non posse exerceri absque peccato censent auctores primæ sententiæ, & alij, quod Probatur 1. ex scripturā Leuit. 20. *Qui coierit cum muliere in fluxu menstruo, & reuelarit turpitudinem eius, ipsæque aperuerit fontem sanguinis sui, interficientur ambo de medio populi sui*. Ezechielis 18. *accessus ad mulierem menstruatam numeratur inter peccata, cum quibus iustitia nequit consistere*.

Probatur 2. ex Hieron. in locum Ezechielis citatum dicente: *Per singulos menses grana aque corpora mulierum corpora immundi sanguinis effusione repleantur, quo tempore si vir coierit cum muliere dicuntur concepti fetus vitium seminis habere, ita ut leprosi & elephantiaci ex hac conceptione nascantur*. Et infra: *Præcipitur ergo viris, ut in suis quoque uxoris certa concubitus norint tempora & c. caueat ergo & uxor ne forte desiderio coeundi illiciti vitium, & maritus ne vim faciat uxori, putans omni tempore subiectam sibi esse debere coniugij voluptatem*. Idem sent. Aug. lib. 3. de peccatorum meritis cap. 12. & quæst. 64. in Leuit.

Probatur 3. ex tali concubitu graue damnum imminet proli, quod tenentur parentes euitare, quando possunt sine suo incommodo, prout possunt in præfenti, cum ea passio ex supposito non sit perpetua, vel diuturna, quæ ratio non solum ostendit petentem mortaliter peccare, sed etiam reddentem, cum is non possit absque graui peccato tanto futuræ prolis damno cooperari, saltem petentem tempore menstruum naturalium mortaliter peccare docent multi apud Sanchez disp. citatā numer. 2.

Alij asserunt actum coniugalem illo tempore non esse mortalem etiam in petente, sed solum venialem. Palud. Henriquez supra, Ledesma conclus. 3. & 4. Vict. de matrimonio num. 176. Caiet. in summā, verbo *matrimonium* cap. vlt. versu, *tertium caput*, Sotus quæst. citata art. 2. & videtur indicare S. Thom. dist. 32. quæst. vnicā art. 2. quæst. 2. & 3.

Denique alij censent, quod licet sit salubre consilium tunc abstinere ab actu coniugali, per se tamen nullum sit peccatum illum exercere etiam petendo, ita Alphonsus à Castro lib. de lege penali cap. vlt. §. *alia est in Leuit.* & plures recentiores, quam etiam tanquam probabilem amplectitur Sanchez supra num. 7. estque eret probabilis. vide Resp. &

Dico 1. per se loquendo non est mortale vacare actui coniugali tempore menstrui etiam naturalis.

Probatur, neque est peccatum, quod diuino iure positio solo prohibetur, neque etiam quod naturali, ex quibus capitibus ratio mortalis peccati ab auctoribus colligitur. assumptum patet pro priori parte, nullum tale ius diuinum extat in noua lege, anti qua autem præcepta cessant in lege Evangelicā, solā remanente obligatione legis naturæ, si quæ per ea præcepta induceretur.

Confir. lex Leuit. est vniuersalissima non solum quoad personas populi israelitici, sed etiam quoad immunditiam, ita ut non liceret accedere ad eam, quæ fluxum etiam perpetuum patiebatur: atqui iuxta communissimam Doctorum sententiā nullus in eā circumstantiā prohibetur hoc tempore debitum petere, vel reddere, ita passim tradunt auctores cum S. Thom. supra quæst. 1. in corpore. videri potest Angelus, Victor, Henriquez supra, Ledesma conclus. 1. ergo signum est hanc legem non amplius obligare. 2. varij Doctores tradunt, si in parte, quæ fluxum patitur, imminet periculum incontinentiæ, cui non possit commode

aliter

aliter occurrere, posse eam debitum petere, ergo lex divina prohibens accessum ad menstruata, iam cessat, & proinde accessus ex eo capite iam non est illicitus.

Restat ergo ut talis congressus contineat peccatum mortale quia graviter adversatur legi naturae, quod tamen, per se loquendo, non videtur dicendum. nam grauis illa deformitas contra rectam rationem deberet peti praecise ex deformitate, quae in tali concubitu inuenitur, vel ex damno, quod sequi potest, & solet. prius non sufficit ad constituendum peccatum mortale, nullusque ex eo capite constituitur, cum id, ut summum, dicat Iquan- dam intemperantiam in modo, quae praecisus aliis, prudenti iudicio non dicitur grauem deformitatem contra rectam rationem.

Tota ergo ratio grauitatis peccati peti debet, & petitur ex damno, quod inferitur proli, id autem, per se loquendo, non potest reddere actum mortaliter malum. 1. illud incommodum non habet locum in senibus, ex quorum actu coniugali non solet sequi generatio. 2. non habet locum, quando femina est sterilis. 3. multorum sententia etiam in aliis illud dampnum est incertissimum, ut tradunt varij: nam fluxus menstruus dicitur obviare retentioni seminis in matrice, ubi debet peragi conceptio fetus. denique ut concedatur aliquod proli sequi incommodum, illud non est tanti momenti, ut sit causa culpae mortalis in congressu, cum longe melius sit proli sic esse, quam absolute non esse, & per talem congressum parentum magnum beneficium recipiat.

Adde prolem futuram, quae nondum est, non posse dici habere ius, ut non nascatur leprosa, minus fortis, minus formosa, neque proprie damnum illi inferri, si talis nascatur, aliis non futura: quia damnum debet supponere personam, cui dicitur inferri.

Dico 2. plerumque tamen videtur esse peccatum veniale debitum exigere tempore menstrui naturalis, quia est quadam intemperantia illo tempore exigere, & non expectare tempus aptum retentioni seminis, & generationi breui futurum.

Ex quo patet hanc debiti petitionem non ita esse intrinsece malam, etiam venialiter, ut variis casibus cohonestari non possit. 1. si fluxus sit perpetuus, licitum est petere debitum coniugale, quia tunc nec tempus opportunum potest expectari, nec generatio alioquin futura vilo modo impeditur, & de cetero summum est grauamen coniugato nunquam posse actum coniugalem sine peccato petere. 2. si sit periculum incontinentiae, quia tale periculum praeponderat aliquali indecentiae, quae in actu potest inueniri. 3. si quis nimis diu, vel saepe debeat abstinere a petitione debiti, ut si vir saepius domo absit iustis de causis, & ideo raro actum coniugalem exerceat, domum rediens poterit debitum petere, quantumvis sciat uxorem pati fluxus menstruus etiam si nullum subsit pollutionis periculum, quia esset nimis onerosum viro in talibus circumstantiis non posse petere debitum, cum inde sequeretur quod sua uxore omnino raro vti posset. 4. si coniuges sint senes, quia in talibus colligitur ratio peccati etiam venialis ex capite à nobis allato petita.

Dico 3. nullum est peccatum tempore menstrui debitum reddere.

Probat, actus coniugalis tempore menstrui non est ita intrinsece malus, ut nulla circumstantia possit cohonestari, ut ex iam dictis patet, ergo

si adsit circumstantia illum cohonestans ex parte reddentis, licebit etiam eo tempore debitum reddere: adest verò et quoddam per hoc reddens suae compari satisfaciatur.

Confir. pars, ut ex dictis potest colligi, habet ius etiam tempore menstrui debitum petendi, quia aliqualis intemperantia, quae in illa inuenitur in tali actu, non tollit vel impedit ius respectu suae compari, ergo compari obligatur etiam eo tempore debitum reddere, & proinde reddes non peccat. ex quo patet non tantum posse reddere sine peccato, sed etiam ad id obligari.

Ex his patet responsio ad rationem pro prima sententia allatam, quod scilicet nullum proli communi damnum sequatur, eo quod non nascatur leprosa, cum communi non sequatur generatio. 2. etiam si leprosa nasceretur, non tam pateretur damnum, quam summum ex tali congressu beneficium reciperet.

Ad argumentum ex scriptura petitum Respondeo eam legem Levit. fuisse partim caeremonialem, partim iudicialem, quae iam cessat, caeremonialem quidem, quatenus praescribebat, ut immundus euitaretur, iudicialem verò, quatenus iubeat huiusmodi congressum morte puniri, non fuisse verò moralem.

Contra: accessus ad menstruata coniungitur aliis peccatis propter quae Dominus dicitur abominatus Chananzos cap. 20. Levit. citato, ergo signum est, quod etiam intra limites legis naturae grauem deformitatem contineat.

Resp. neg. consequentiam, 1. quia peccatum veniale bene potest complere mensuram peccatorum, propter quae aliquis populus sit puniendus. 2. quia est verimile Chananzos ex impotentissima libidine accessisse ad menstruatas, & eorum congressum fuisse mortalem, non simpliciter eo quod esset congressus cum menstruata, sed quod ex effracto libidinis impetu fieret. sicut si quis ad suam accederet ex tam impotenti affectu, ut in eo congressu solum spectaret libidinis expletionem sine ea, quam cognoscit, esset sua, siue aliena, mortaliter peccaret.

Contra facit, quod huiusmodi congressus coniungatur aliis peccatis, cum quibus iustitia, & sanctitas nequit consistere.

Resp. inde solum argui, quod supposita diuina prohibitionem fuerit graue peccatum, quod concedimus: dicimus tamen hanc prohibitionem iam cessare.

Ad Hieron. testimonium Resp. ex eo non haberi actum coniugalem cum menstruata esse grauius malum, sed solum in genere illicitum esse eo tempore debitum coniugale exigere, quod frequenter potest esse verum, ut patet ex 2. conclusione: quamuis non sit mortale, quod si amplius velit, salutis eius reuerentia videatur ab eo recedendum, propter rationes allatas, quod scilicet damna, quae recenset, planè raro ex tali concubitu sequantur.

Ad Aug. dico eum non indicare iam esse mortale petere, & multò minus reddere, sed solum praecceptum, de quo agitur in Levit. & apud Ezechielem, non esse figuratè accipiendum, quod verum est, quamuis iam non obliget.

62.

Solutur
argumentum
primae sen-
tentiae.

63.

Solutur ar-
gumentum
ex scriptu-
ra petitum

64.

Replica.

Resp.

65.

Replica al-
tera.

Resp.

66.

Satisfic
Hieron.

67.

Satisfic
Aug.

D V B I V M IX.

*Utrum coniux teneatur debitum reddere
quando ex actu coniugali imminet
periculum abortus*

68.

Resp. neg.

Resp. per se loquendo, non teneri. ita communissimè Doctores, eo quod in illà circumstantià actus coniugalis exerceri non possit, cum repugnet finì principali, qui est prolis generatio. vnde non tantum petens (qui per se loquendo in tali circumstantià non habet ius ad actum coniugalem exigendum) sed etiam reddens peccat mortaliter, cum etiam hic bono prolis aduerferetur.

Coroll.

Hinc quædam possunt deduci quæ ponit Sanchez lib. 9. disp. 20. num. 2. & sequentibus, scilicet peccare mortaliter faminam sumentem aliquid, quo conceptioni prolis obster, item eam quæ post actum coniugalem se erigit, vel aliud quidpiam facit, quo semen receptum expellat.

3. peccare mortaliter coniuges, si ex ipso modo congressus imminet periculum abortus: si tamen illud periculum solum oritur ex complexione delicatâ femine, nullum interuenit peccatum.

69.

Ledesma.

Sanchez

Dixi, per se loquendo, quia non videtur illicitum in quibusdam circumstantiis exigere debitum, etiam si periculum abortus imminet. vt si congressus coniugalis sit maximè necessarius ad incontinentiam vitandam. vnde Petrus Ledesma quæst. 64. art. 1. difficultate 4. in initio videtur bene docere hinc inde pensandum abortus, & incontinentiæ periculum, quamuis repugnet Sanchez lib. 9. disputat. 22. num. 1. ratio est quod actus coniugalis per se sit licitus, & honestus, vt iam suppono, ad quem coniuges, per se loquendo, ius habeant, quo iure non sunt priuandi propter aliquod tertij detrimentum, quo casu actus sit illis maximè necessarius ad graue malum animæ vel corporis euitandum; nam in tali circumstantiâ solum permissuè censetur se habere ad illud detrimentum.

70.

Obiectio.

Dices, variis aliis modis potest incontinentiæ occurrere, vt orationibus, carnis macerationibus, ergo propter illius periculum actus coniugalis non potest reddi licitus, quando ex eo timetur secuturus abortus.

Resp.

Resp. neg. consequentiam, nam quamuis aliis mediis isti periculo possit occurrere, homo non desinit versari in graui periculo, ad quod euitandum actus coniugalis censetur illi valde necessarius, cum per alia media, spectatâ humanâ fragilitate, homines communiter censeantur satis difficulter posse occurrere periculo incontinentiæ. vnde in graui incontinentiæ periculo, quando præmissâ oratione non facile posset euitari, iudico peti posse debitum coniugale, etiam si timeatur abortus, & proinde compari reddere teneatur, quamuis non diffitear sententiam Sanchez esse probabilem, iuxta quam compari non tenebitur reddere.

71.

Quod dixi de periculo incontinentiæ, potiori iure videtur dicendum, quando actus coniugalis iudicaretur necessarius ad vitæ conseruationem, si enim eo casu liceat sumere medicinam, quantumuis existimetur abortus secuturus, eo quod propter illius periculum homo non priuatur iure, quod habet ad vitæ suæ conseruationem, licebit etiam actum coniugalem exercere, quando is iudi-

catuè necessarius ad vitæ conseruationem, cum tunc se habeat sicut medicina. vnde qui iudicio medicorum summè periclitaretur de vitâ, nisi cum vxore actum coniugalem exerceret, posset debitum petere non obstante abortus periculo. quod confirmari potest ex quadam doctrinâ Sanchez paulò post referendâ.

Aduerte dicta intelligi ante factus animationem: si enim esset animatus, & speraretur perducendus ad baptismum, non liceret cum periculo abortus debitum petere vel etiam reddere ad vitam conseruandam, vel vitandum incontinentiæ periculum. quia etiam cum propriæ vitæ detrimento tenemur consulere proximo in extremâ necessitate spirituali constituto, & proinde non possumus ad vitam conseruandam, spirituales salutem in illud discrimen conijcere, similiter propter tantum incommodum proximi tenemur adhibere media quantumuis difficilia, si hæc iudicentur necessaria ad auertendum eius periculum, & charitas nos ad vtrumque obligat. Idem dicendum, quando merito dubitatur num factus sit animatus.

Petes, an ad seruandam propriam vitam, quæ versatur in certo discrimine, liceat actum coniugalem exercere, vt sequatur abortus: seu per illum actum intendendo abortum ante factus animationem. Sanchez lib. cit. disp. 20. num. 9. censet eo casu licere potionibus, alijsve medijs procurare abortum ad procurandam salutem pregnantis aliquin certo morituræ, idem sentit Syl. verbo medicus, q. 4. dicto 2. Nau. cap. 25. num. 62. Fumus verbo, abortus, num. 2. Henriq. lib. 11. cap. 16. n. 8. Estius dist. 31. §. 3. in fine addens id pertinere ad officium medici, quando non potest aliter matri succurri, & plures alij. ex quâ sententia videtur sequi mulierem grauidam, cuius vita periclitatur, & quæ posset releuari eiectione factus, posse debitum coniugale exigere, vt abortum faciat, si factus putetur nondum animatus: quod enim licet alijs medijs, seu medicinis, licet etiam per actum coniugalem, qui non videtur illicitus ex eo quod dirigatur ad vitæ conseruationem, seu exerceatur ex intentione sanitatis obtinendæ.

Sed longè verius videtur, quod docet Petrus Nauarra lib. 2. de restitutione cap. 3. num. 140. Lessius lib. 2. de iustitiâ cap. 9. dubit. 10. conclusi. Valsq. in opusculis moralibus de restitutione cap. 3. §. 2. dub. 6. in fine. Azor in parte institutionum moralium lib. 2. cap. 26. quæst. 5. scilicet non licere præbere pharmacum directè tendens ad fructus nondum animati eiectionem. ex quâ sententiâ sequitur nullâ ratione posse exerceri actum coniugalem ad abortum directè procurandum.

Probatuè, vnanimi Doctorum consensu non licet etiam ad vitam conseruandam, vel propter quemcumque alium finem honestum effundere semen extra vâs naturale, ergo multò minus factum quamuis nondum animatum ex directâ intentione eijcere. consequentiâ probatur, factus nondum animatus immediatè ordinatur ad propagationem speciei & ad hominis generationem, quàm semen informe, si ergo repugnet naturæ institutioni hoc ex directâ intentione eijcere, vel aliquid sumere quod directè tendat ad eius eiectionem, multo magis repugnat medicinis &c. directè procurare eiectionem factus etiam nondum animati.

Confr. si hoc liceat ad vitæ conseruationem, etiam licebit quando erit necessarium ad conseruationem honoris, quod negant authores

con-

contraria sententia. sequela autem patet, quia non minus licet seruare illibatum honorem, quam vitam, & electio fetus interdum non minus poterit esse necessaria ad hunc finem, quam ad vitam seruandam.

Ex his sequitur non licere debitum petere, vel reddere ex directa intentione, ut fetus eiciatur, quando id ad salutem mulieris grauidae iudicaretur necessarium, neque iudicio contrarium in praxi esse tutum, cum auctores vnanimi consensu censcant esse illicitum actum coniugalem exercere ex intentione abortus, nullum casum excipiendo, quidquid sit de probabilitate sententiae Sanchez, & aliorum relatorum.

D V B I V M X.

Virum coniux teneatur debitum reddere petenti, dum mulier est grauida?

76. **Negatiua** **suadetur.**
V I D E T U R non teneri, immo nec posse: quia varij Patres valde improbant actum coniugalem eo tempore exercitum.

Suppono non posse reddi, quando subest abortus periculum medicorum iudicio. hoc praemisso

Dico non esse mortale mulierem grauidam cognoscere, seposito abortus periculo, vel eiectionis seminis iam antea in matrice feminae recepti. ita communissime Doctores, quia coniugis per matrimonium acquiritur ius ad actum coniugalem, & non satis constat eo tempore actum esse grauius illicitum.

Dices etiam si nullum subest periculum abortus, tamen mulier grauida non potest concipere, & ita semen frustratur suo fine.

Resp. non semper esse mortale exercere actum coniugalem, quando semen suo fine frustratur, ut patet cum vir sterili commiscetur, sed tum demum, cum ex modo, & ratione actus id procedit, ut cum semen funditur extra vas naturale, cum ex congressu imminet periculum abortus. quod si per accidens id contingat solum ex eo quod non sequatur conceptio, non arguit mortalem culpam in actu.

Confit. responsio simul & propositio, actus coniugalis est licitus etiam in remedium concupiscentiae, quamuis ex eo non sequatur generatio, dummodo nihil fiat contra generationem, in praesenti autem casu nihil sit contra eam.

Patres qui improbant actum coniugalem cum grauida intelligendi sunt, quando subest abortus periculum, quod satis declarant aliquorum dicta.

Adde nullum videri peccatum etiam debitum coniugale exigere quando vxor est grauida, ut Henriquez lib. 11. cap. 15. num. 7. Sanchez disp. 22. num. 6. qui plures citat.

Ex quibus patet multo minus esse peccatum reddere, certe si non liceret viro vxorem grauidam cognoscere, varij raro omnino vxores suas cognoscere possent, quod esset illis omnino graue; vnde vix ex eo quod non teneantur tantum grauamen subire, dicendum eos posse ad vxores grauidas absque peccato accedere, quando nullum timetur probabile abortus periculum.

Ex his sequitur compertum praecise ex eo quod vxor sit grauida, non posse debitum petenti negare.

Peti potest ex occasione, an sit mortale exercere actum coniugalem, quando est periculum effusionis materiae, antequam illa formetur? Negat Sylu. verbo, *debitum coniugale*, quaest. 5. Sanchez disp. citata num. 1.

Sed videtur dicendum esse mortale, ut censent Palud. dist. 32. quaest. 2. art. 3. conclus. 2. & alij, si enim sit mortale sine iusta causa semen extra vas effundere, etiam erit mortale sine graui causa exercere actum, ex quo sequitur effusio seminis intra vas fœmineum recepti: quia talis effusio parum videtur differre ab effusione extra vas.

D V B I V M X I.

Virum debitum negari possit post partum, ante purificationem, vel prolis ab-lactationem?

79. **Q** U O A D priorem dubij partem videtur debitum negandum, saltem quamdiu manet corporalis immunditia post partum, ex Gregorio responsione 10. ad Augustinum, & refertur dist. 5. can. vlt. ubi dicitur: *nisi purificationis tempus prius transierint, viris suis non debent adinsecari*; scilicet mulieres.

Notandum 1. feminam, cui ex actu coniugali graue imminet valetudinis periculum eo quod paulo post partum cognoscatur, non teneri debitum marito petenti reddere, immo nec posse, similiter non posse maritum sine mortali exigere.

Notandum 2. seposito hoc periculo, si inster probabile periculum incontinentiae, nullum esse peccatum eo tempore debitum exigere, ut communius Doctores; & proinde coniugem eo casu teneri reddere extra praedictum casum aliqui censent esse mortale debitum petere, & reddere, alij solum esse veniale petere, propter aliquam indecentiam. ita Palud. distinct. 32. quaest. 1. art. 3. conclus. 2. Sotus eadem dist. quaest. unica art. 2. in fine, & plures alij.

Alij vero negant, per se loquendo, inueniri vllam culpam, eo quod tali tempore actus exerceatur. ita Rich. dist. cit. art. 4. quaest. 1. Henriquez lib. 11. cap. 15. num. 7. Sanchez disp. 22. num. 11.

Hae sententia videtur verior; quia corporalis immunditia non sufficit ad causandum peccatum in actu coniugali, ad quem partes ius habent, & ratio peccati, per se loquendo, non potest aliunde efficaciter colligi. Dictum Gregorij non tam continet strictam prohibitionem, quam consilium.

Hinc patet coniugem ex eo capite non excusari a debito coniugali reddendo, quod praeter citatos tenet Sotus supra, & indicat Paludan. supra.

Dices semper inueniri periculum vel matris, vel prolis, quae nata est, vel eius, quae ex eo concubitu nasci potest, nata quidem, quia lac ei subministrandum inficitur per talem concubitus, vel illi subtrahitur: eius vero quae nasci potest, quia nascitur minus vegeta.

Resp. negando assumptum quoad 2. & 3. partem, quia periculo, quod proli nata videtur impendere, occurrere potest, si tradatur alteri nutrienda.

Adde proles pauperum, qui vix vllum tempus in congressu obseruant, non sentire detrimentum, ut experientia constat, & eosdem pauperes

N n n 2

non

78.

Petitio.

Sylu.

Sanchez.

negant.

Resp. Auct.

Affir.

Palud.

79.

Affirm. sua-

detur.

Gregor.

80.

Doctorem

sententiae.

Palud.

Sotus.

Richard.

Henric.

Sanchez.

81.

Negatiua

Auctor am-

plectitur.

Explicatur

Greg.

82.

Obiectio.

Resp.

non generare minus vegetos. unde non ita constat quoddam proles concepta tempore puerperij recipiat detrimentum. Adde quoddam melius fit proli ita nasci, quam absolute non nasci.

Si matri graue detrimentum sequatur, actus coniugalis exerceri non potest, ut patet ex dictis.

Ex his facile patet responsio 2. partis in quæst. propositæ, quoddam scilicet nullum sit peccatum actum conjugalem exercere ante prolis ablationem, ut varij, & proinde coniugem ex eo capite non posse liberari à debiti redditione.

Certe coniugati intolerabile grauamen subirent, si iuxta quorundam sententiam non possent se mutuo cognoscere dum mulier est grauida, puerpera, lactans. inde enim sequeretur quoddam non nisi rarissime actum conjugalem possent exercere.

D V B I V M XII.

Utrum debitum negari possit illud in loco sacro, vel publico exigenti?

83.

Communis
sententia.

Prob.

Can. Eccl.
sjs.

Coroll.

Per locum
sacrum quid
intelligatur

84.

Difficultas.

Variorum
sententia
affirmans.
Caiet.
Fumus.
Negat alij.

QUOD prior partem communis est Doctorum sententia quod non tantum possit negari, sed etiam debeat, cum actus coniugalis communiter non possit sine mortali in loco sacro exerceri, eo quod per talem actum insignis irreuerentia committatur in locum sacrum, cuius sanctitas non patitur, ut actus ita à Deo animus & rebus diuinis auocans in eo exerceatur.

Contra Ecclesia per talem actum polluitur, indigetque reconciliatione, ut patet ex can. Ecclesijs, dist. 68. & de consecratione dist. 1. & cap. ult. de consecratione Ecclesijs, ubi satis significatur Ecclesiam non solum pollui per adulterinam commixtionem, sed etiam per voluntariam aliam licitam, & ita communiter tradunt Theologi & Iurisperiti deducentes à posteriori ex hoc capite actum conjugalem in loco sacro esse illicitum.

Ex quo patet actum ex iure positum reddi illicitum: nam quamuis etiam intra limites iuris nature sit minus decens actum conjugalem auocantem animum à rebus diuinis exercere in loco deputato diuino cultui, id tamen non arguit peccatum etiam in petente saltem graue, & multo minus in reddente, & proinde ex eo capite coniux non excusaretur à debiti redditione, seposita Ecclesiastica constitutione, qua locus redditur immunis à talibus actibus, ita ut illos in loco sacro exercere extra casum necessitatis sit sacrilegium. per locum verò sacrum intelligo consecratum, vel benedictum, ad diuina officia, vel sepulturam fidelium deputatum.

Difficultas verò est, an sit illicitum actum conjugalem in Ecclesia exercere, si coniuges debeant diutius in ea commorari, nec possint facile sese aliò transferre, ut dum tempore belli detinentur intra Ecclesiam.

Varij censent etiam eo casu esse illicitum, & Ecclesiam pollui. Caiet. in summâ, verbo *matrimonium* cap. ult. §. *seximum caput*, Fumus, verbo *debitum conjugale* num. 7.

Alij censent nullam esse culpam si actus exerceatur ad vitandam incontinentiam, quia in ea circumstantia nulla censetur irreuerentia loco sacro irrogari: quemadmodum nullam irreuerentiam irrogaret Ecclesia, qui in iustam sui, vel rerum sua-

rum defensionem alterum intra eam occideret. & ita censent Petrus Ledesma quæst. 94. art. 7. conclus. 2. Toletus lib. 5. cap. 12. num. 10. Sanchez disp. 15. num. 12. qui plures citat Lessius lib. 4. de virtutibus cap. 3. dubit. 12. num. 35. & alij.

Quorum sententia actus coniugalis licitus est tam in reddente, quam in petente, non tantum occulte, sed licet concubitus sit publicus, & proinde Ecclesia ratione huius congressus non polluitur, quod non tantum videtur verum, quando vterque detinetur in Ecclesia, sed etiam sit vnicus, quia etiam eo casu militat ratio allata.

Si non subsistat incontinentie periculum, varij satis perplexè loquuntur, indicantque omnino esse illicitum, quod aperte tradit Toletus supra.

Sed videtur valde verisimilis sententia Sanchez supra num. 13. & Lessij num. 86. quod scilicet, quando mora est diuturnior, actus coniugalis possit exerceri, quamuis fortè in aliquibus non subsistat periculum, quia sufficit quoddam plerumque possit subesse, ut licentia censetur ab Ecclesia concessa, aliàs eius præceptum, spectatà humanā fragilitate nimis esset rigidum pro hominibus plebiis, quibus graue est, etiam seposito periculo incontinentiæ diutius abstinere ab actu coniugali, atque adeo verius est Ecclesiam etiam eo casu non pollui. Iidem notant quando conclusio putatur futura diuturna, actum etiam in principio futurum licitum.

Ad posteriorem dubij partem Resp. non tenet, quia pars non habet ius ad actum conjugalem in publico exercendum. cum enim ille naturali pudori valde aduersetur, constat contra naturalem honestatem fieri si coniuges in publico commisceantur, atque adeo communi iudicio esse peccatum mortale; immò propter insignem verecundiam, quæ in tali actu reperitur, verius est actum conjugalem posse abrumpi, si aliqui ex improbitate superueniant, licet inde sequatur aliqua effusio seminis extra vas naturale, quia in tali circumstantia non censetur voluntaria.

D V B I V M XIII.

Utrum ratione solemnisationis diei coniux excusetur à debiti redditione.

VARIJ censent diebus festis debitum conjugale petere esse mortale. plures citat Sanchez disp. 12. num. 2. Alij censent esse veniale. indicat Magister dist. 32. cap. 3. tenet Dur. eadem dist. 1. q. 1. art. 3. Palud. q. 1. art. 7. & alij. quod saltem verum censent de festis valde solemnibus Sotus dist. citatâ, quæst. vnica, art. 3. conclus. 2. Henricus cap. 16. num. 5. Alij censent nullam culpam in eo inueniri. Scotus dist. 32. quæst. vnica respons. ad 3. Rich. art. 3. quæst. 1. Caiet. verbo *matrimonium* cap. ultimo §. *seximum caput*, & plures quos citat, & sequitur Sanchez disp. citatâ num. 5.

Hæc sententia videtur verior, quia non potest ostendi id ex rei naturâ esse illicitum, neque etiam esse illicitum iure positum, cum non appareat ex quo capite eo iure sit prohibitum: quia neque est opus seruile, neque impedit sacri auditionem.

Dices, impedit ne mens diuinis possit vacare. Resp. hominem vi præcepti Ecclesiastici solam obligari die festo, vel Dominico sacrum audire & vacare ab operibus seruilibus: non verò tenet

aliter rebus diuinis vacare, & p̄inde non transgredi Ecclesiae praeceptum, etiam si per actum conjugalem ineptior reddatur ad res diuinas.

Dices varij Patres videntur indicare his diebus non licere vacare actu coniugali.

Resp. eos solum velle id esse consilij, & maioris decentiae: non vero praecepti stricti sumpti, vt etiam notat Sotus supra, & alij, vel dici potest eorum dicta non habere vim canonis.

Dices, Innocentius scribens Exuperio ait; nam si beatus Paulus Apostolus ad Corinthios scribit dicens: abstinete vos ad tempus, vt vacetis orationi, & hoc vniuersis laicis praeceptum. refertur can. *proposuisti*, dist. 82.

Resp. quamuis his verbis verum praeceptum agnosceremus, non sequeretur prohibitum esse coniugibus se mutuo carnaliter cognoscere omnibus diebus, quibus ex Ecclesiae praecepto res diuina est audienda, sed vt summum coniuges interdum debere separari quoad horum propter orationem: dico tamen Innocentium vsum verbo, *praeceptum*, pro, *sufficit*, vt aduertit Glossa in praedictum can. & aperte patet Apostoli sententiam non continere praeceptum, sed nudam exhortationem, & consilium ad id, quod perfectius, & decentius est.

Ex quibus inferitur coniugem non excusari ex eo capite reddendo debito, vt patet ex Apostolo 1. ad Cor. 7. dicente: nolite fraudare invicem, nisi forte ex consensu ad tempus, vt vacetis orationi. quod vero de diebus festis dictum est, etiam est intelligendum de diebus ieiuniorum, & supplicationum. quamquam sit saluberrimum consilium vacare ab actu carnali praedictis diebus, & praesertim solemnioribus anni festiuitatibus vt mens sit paratior ad diuina.

Vtrum liceat communicatio debitu coniugale petere controuertunt authores. Aliqui censent esse mortale, plures solum agnoscunt culpam venialem, si nulla remaneat mentis hebetudo, & distractio. Varij nullam agnoscunt. ex quo patet coniugem ex eo capite non excusari a redditione debiti. videri possunt dicta circa art. 7. quaest. 80.

Vtrum coniux teneatur reddere debitum parti excommunicata, commodius dicitur in materia de excommunicatione. an teneatur reddere adultera, diximus quae praecedenti.

D V B I V M XIV.

Vtrum ratione cognationis spiritualis superuenientis matrimonio legitime contracto impediatur debiti petitiio vel redditio?

NOTANDUM cognationem spiritualesse necessitudinem quarundam personarum iure Ecclesiastico ortam ex baptismo, vel confirmatione, quae necessitate matrimonium dirimit, vt infra. haec oritur inter baptizantem, vel confirmantem ex vna parte, & baptizatum, vel confirmatum, eiusque parentes ex altera, item inter susceptorem ex vna parte, & susceptum eiusque parentes ex altera. hoc praenotato.

Petitur, num si pater, vel mater prolem suam baptizaret, vel in baptismo, aut confirmatione suscepit, impediatur a petendo, vel etiam reddendo debito comparti, cum qua antea validum iniit matrimonium.

Suppono partem innocentem non priuari iure

petendi debiti, vnde is, qui baptizauit, vel tenuit prolem in baptismo, vel confirmatione, tenetur debitum reddere parti innocenti, v. g. ei qui neque baptizauit, neque suscepit, neque suauit, vel consensit, vt haec ab altero coniuge fierent. patet ex cap. *si vir*, de cognatione spirituali, & ex eo quod pars innocens ius acquisierit ad copulam per legitimum matrimonium, quo iure non est priuandus propter alterius delictum, & sine sua culpa.

Dices posse priuari ex causa.

Resp. cum id cedat in maximum gratiam coniugum, non videtur facile sine eorum culpa imponendum. hoc supposito.

Duplex est de praesenti difficultate sententia.

Prior est coniugem suscipientem, vel baptizantem prolem suam priuari iure petendi debitum. tenent multi, quos citat, & sequitur Sanchez disp. 26. num. 7.

Prob. 1. ex can. 1. 30. quaest. 1. vbi Deus dedit Pontifex scribit Gordiano Hispanensi Episcopo Iulium, Innocentium, & Caelestinum Pontifices prohibuisse ne vilo modo se in coniugio reciperent mulieres, ac viri quicumque aliqua ratione susceperint proprios natos, sed separarent se. vbi non solum interdictur petitiio debiti, sed etiam redditio, & can. 2. eadem quaest. idem statuitur de eo, qui suscepit in confirmatione, filiastrum, vel filiastram, qui canon licet reuocetur a Nicolao Pontifice can. *de his*, eadem quaest. idem tamē Nicolaus can. *nosse*, ibidem, satis indicat coniuges separandos, si ex vtriusque consensu factum sit, proinde si quis prudens filiastrum, vel filiastram tenuerit in confirmatione, non possit debitum exigere, & can. *ad limina*, eadem quaest. Ioannes 8. permittit baptizanti filium in necessitate vt possit uxori manere coniunctus, significans separandum, si absque necessitate id fecerit. eadem sententia 2. probari solet ex cap. *si vir*, citato.

Secunda sententia neg. tenet Glossa in cap. *si vir*, citatum; Dur. dist. 42. quaest. 1. art. 3. ante solutiones argumentorum; inclinatur Suarez tomo 3. in 3. partem quaest. 67. art. 8. in commentario §. *maius dubium*, asserens hanc penam nullo iure probari, eamque probabilem censet Sanchez disp. citata num. 6. & 7. qui etiam facit priorem sententiam nullo textu probari. vnde

Dico longe verius esse coniugem, qui baptizauit, vel suscepit in baptismo, vel Confirmatione communem prolem, posse petere a comparte debitum coniugale.

Probat, etiam fatentibus aliquibus contraria sententia non potest sufficienter iure probari, ergo verius est baptizantē &c. communem prolem non priuari iure petendi debitum. Conseq. probatur, priuari eo iure vel est poena, vel saltem graue onus respectu eius qui priuatur, neutrum autem debet incurrere sine textu sufficienti.

Dices, constat eum qui baptizaret prolem suam ex fornicatione susceptam, non posse validē matrem in uxorem accipere, atque ex eo capite induci impedimentum dirimens matrimonium; ergo si quis post matrimonium contractum id faciat, impeditur a debiti petitione: nam quod dirimeret matrimonium, impedit petitionem debiti, si matrimonio superueniat.

Resp. neg. conseq. eiusque probationem, quia neque textu, neque ratione efficaci potest ostendi, quod in consequente ponitur, constatque esse aperte falsum ex can. *ad limina*, citato ex quo

N n n 3

passim

Cap. si vir.

92.
Prior sent.

Sanchez.

Prob. 1.

Can. de his.
Can. nosse.

Can. ad limina.

Prob. 2.

93.
Secunda sententia.
Durand.
Suar.

94.

Conclus.

Proby

95.

Replica.

Resp.

passim Doctores etiã contrariã sententiã notant coniugem baptizantem proprium filium in extrema necessitate constitutum non impediri, quod minus debitum à comparte exigat, & nihilominus certum est, quod illud dirimeret matrimonium contrahendum, ut etiam passim traditur.

96.

Cap. si vir.

Antecedens nostre probationis ostenditur, quia omnes antiqui canones, qui referuntur in quæst. 1. citatã, reuocantur per cap. si vir, citatum, quod absolute tollit prohibitionem prædictorum canonum. nam in eo decernitur, quod siue ex ignorantia, siue ex malitiã quis proprium filium susceperit, non sint propterea coniuges ab inuicem separandi, nec alter alteri debeat debitum subtrahere.

Confir. dum decernitur coniuges non esse separandos, aboletur id quod prioribus canonibus fuerat constitutum, & coniugibus restituitur ius eis competens ex vi matrimonij.

Probatur, quia si quid illis interdiceretur, id fiebat ex consequenti ratione separationis, igitur sublato iure, quo iubebantur separari, restituitur coniugibus potestas illis competens vi contractus matrimonialis.

97.

Replica.

Dices, solum videtur tolli prohibitio antiquorum canonum ad hoc, ut coniux teneatur comparti debitum reddere.

Resp.

Resp. neg. assumptum, quia verba, non sunt ab inuicem separandi, nec alter alteri debitum debet subtrahere, non ita se inuicem respiciunt, ut priora referantur ad posteriora, quasi ex eo solum capite separandi non sint, ut debitum innocenti reddi possit: sed constituunt duo membra distincta, in quorum priori absolute decernitur non esse separandos, quã loquendi formã satis declaratur illis competere antiquum ius actum conjugalem exercendi: in posteriori verò declaratur obligatio reddendi debiti, quã singulis inest respectu compartis propter contractum matrimoniale.

98.

Replica.

Confir. duplex negatio indicat esse membra distincta. Dices, in fine cap. dicitur: si ex malitiã, eis sua fraus non debet petrocinari, vel dolus. quibus verbis Pontifex videtur priora verba declarare & decernere eatenus solum tolli antiquam prohibitionem, quatenus est necessarium ut innocens suo iure non fraudetur.

Resp.

Resp. verba citata non esse restrictiua eius, quod in superioribus eodem cap. decernitur, sed supposito, quod non debeant separari, solum adferri congruentiam, ne fraus, & dolus auctori suo suffragentur, quod fieret si is, qui malitiosè filium suum suscepit, esset à comparte separandus: sic enim fieret, ut liberaretur à reddendo debito.

Et hæc quidem dicta sunt de reipsã speculatiue considerata: quia tamen prior sententia est valde communis, quam proinde probabilius est plerisque confessarios sequi in praxi, quãdam circa illam annotabimus.

Notandum ergo 1. ad hoc, ut quis ratione baptismi collati proli communi impediatur à petitione debiti, requiritur ut baptismus extra necessitatem sit collatus: si enim necessitate cogente aliquis conferat baptismum, non prohibetur debitum petere, ut passim auctores ex can. ad limina.

Can. ad limina.

99.

Quæstio 1.

Queritur autem 1. vtrum id sit verum, si absit quidem sacerdos, ad sint tamen alij qui possint, & sint parati baptizare?

Resp.

100.

Quæstio 2.

Resp. negatiue, quia eo casu non potest dici subesse necessitas respectu parentis.

Queritur 2. vtrum idem etiam sit verum, si

constitutus in mortis periculo, sit adultus: videtur enim quod non, cum per amorem Dei super omnia, vel per perfectam contritionem possit iustificari & saluari.

Sed dicendum est talem non impediri à petitione debiti, quia nullo modo peccat baptismum conferendo, & dici potest, quod in altero sit necessitas ut baptismus per parentem ei conferatur, quantumvis enim conteratur, per se loquendo, tenetur baptismum suscipere, quem ex supposito nullus alijs præter parentem potest ei conferre.

Addo quod licet posset iustificari, & saluari per amorem Dei super omnia, cum tamen sit difficile huiusmodi actum elicere, dici potest constitutus in graui necessitate baptismum recipiendi.

Notandum 2. requiri etiam, ut baptismus reipsã valide conferatur, si enim ex aliquo capite sit inualidus, non contrahitur spiritualis cognatio, neque coniux impeditur à petitione debiti conjugalis.

Notandum 3. videri etiam requiri, ut sciat eum, quem baptizat esse filium communem, vel saltem compartis, vel saltem ignorantia notabiliter culpabili id non aduertat: si enim ignoret inuincibiliter esse filium vxoris, non contrahit hoc impedimentum, quamvis in eo peccaret, quod extra necessitatem baptizaret, quia coniugatus non impeditur à debito petendo, quod peccet quomodo-cumque baptismum conferendo, sed quod peccet filium suum baptizando, vel filiatrum, quod peccatum non contrahit, quando intercedit inuincibilis ignorantia illius conditionis.

Dixi, vel filium vxoris seu filiatrum, quia hoc impedimentum petendi debitum non solum incurritur ratione baptismi collati filio communi, sed etiam collati filio vxoris, licet suscepto ex alio thoro. immo Sanchez disp. citatã idem censet de baptizante propriam vxorem, quia iuxta communem sententiam impedimentum videtur induci ex eo quod aliquis per baptismi collationem constituitur culpabiliter spiritualis compater vxoris, & multo magis, si quis culpabiliter constituitur spiritualis pater eiusdem.

Notandum 4. videri in super requiri aliqualem notitiam, vel saltem crassam ignorantiam constitutionis Ecclesiasticæ, quã peculiariter parentibus interdictum est communem prolem, vel saltem vxoris baptizare: quia si inuincibilis ignorantia iuris intercedat, nullum ex eo capite erit peccatum, & proinde quantum est ex eo capite coniux baptizans poterit dici innocens, & ita retinere ius petendi debitum.

Petes 1. an priuatur eo iure, qui in fraudem matrimonij baptizat communem prolem, vel saltem vxoris? negant aliqui.

Sed posita communi sententiã id non videtur villo solido fundamento nitari, & proinde Doctores communius asserunt, quia fraus non debet tali petrocinari, & confirmari potest ex can. distam, 30. quæst. citatã.

Petes 2. vtrum si priuatur, cuius vxor consensit, vel dissimulauit?

Resp. affirmatiue, ex cap. si vir, citato iuxta communem intellectum explicatõ.

Sed an compars, quæ consensit, priuatur iure petendi debiti: videtur priuari, quia iam illa non remanet innocens. & ita sentit Sanchez cum quibusdam citatis disp. 27. num. 3.

Sed verius est non priuari, quia cap. si vir, quod restringit antiqua iura citata, solum agit de sal.

esse penam incestui appositam, quam proinde non incurrit is, qui inuincibiliter ignorat eam, cum quā exercet actum carnalem, esse consanguineam uxoris suae. ratio est, quod is non committat formaliter incestum, nec penam incestus incurrat.

112.

Quaestio.

Affirm. suadet.
Sanchez.
Resolutio negat.

Sed utrum requiratur scientia, seu expressa notitia, quod sit consanguinea compars? ita videtur colligi ex cap. i. citato, ubi dicitur: *si quis cum filiastrā suā scienter fornicatus fuerit*. & ita sentit Sanchez disp. 32. num. 47.

Sed longē verius est non requiri quia cognoscens consanguineam compars ex crassa ignorantia committit formaliter incestum, & peccat in eā specie, & affinitatem suā culpā contrahit, quod solum requiritur cap. discretionem, & cap. tua fraternitatis, citato, unde talis prohibetur à petitione debiti. & ita sentit Sotus dist. 37. quaest. unica artic. 2. §. *debet autem pena*, Petrus Ledesma q. 55. art. 6. §. *in huius rei expositionem*. Ad cap. i. citatum Resp. licet ibi ponatur, *scienter*, ex aliis tamen iuribus satis apparere eam notitiam non requiri.

Sot.
Ledesma.

Solutur
argumentū
negatiuū.

113.

Petitio.

Resp.

Petes, quotus consanguinitatis gradus respectu compars requiratur, ut quis non possit debitum petere ab uxore, cuius consanguineā nouit? Ex declaratione Gregorij 13. constat, ubi Trident. receptum est, non sufficere, ut ea cum quā exercetur copula carnalis, sit consanguinea solum in 3. vel 4. gradu, quod etiam potest colligi ex Trident. cap. 4. cit. cum enim restringat impedimentum matrimonium dirimens ratione fornicationis ad secundum gradum, longē potiori iure videtur tacite restringere id, quod solum impedit debiti petitionem.

114.

Difficultas.

Difficultas est ubi Trident. non est receptum, utrum contrahatur, si cognita uxorem contingat in tertio vel quarto gradu?

Ratio dubitandi.

Ratio dubitandi est, quod cap. i. citato, de eo, qui cognouit consanguineam uxoris suae solum agatur de eo, qui cognouit filiam uxoris. in cap. verò, *tua fraternitatis*, citato, solum agatur de eo, qui cognouit sororem suae uxoris, & ita solum videatur hoc impedimentum induci, quando ea, quae est cognita, contingit uxorem in primo gradu, & quando in lineā rectā cognoscitur descendens, non verò ascendens, verbi gratia, mater uxoris.

Resp.

Resp. dicendum contrahi ex incestu commisso cum consanguinea etiam in 3. & 4. gradu, seu in gradu matrimonium dirimente.

Prob.

Probatur ex declaratione Gregorij 13. quae manifestē supponit iure antiquo hoc impedimentum oriri ex copulā exercitā cum consanguineā uxoris in gradibus vltioribus; item ex cap. discretionem, citato, ubi solum ponderatur quod vir uxorem cuidam consanguineo suo tradiderit; ergo Pontifex vult quod quisquis cognoscit consanguineam suae compars in eo gradu in quo nata esset sequi affinitas in solutis matrimonium dirimens, impediat à petendo debito.

Solutur
ratio dubitandi
proposita.

Ad cap. *tua fraternitatis*, citatum Resp. ibi quidem responderi ad speciem facti propositam: ius tamen alibi positum ad eum gradum non restringi, neque statui, quod hoc impedimentum non extendatur ad vltiores gradus.

Ad cap. i. Resp. constare ex cap. discretionem, extensionem factam ad gradus vltiores.

115.

Conclusio 2.

Dico 2. pars innocens non priuatur iure petendi debitum, & ita nocens tenetur ei reddere, patet ex cap. discretionem, & cap. tua fraternitatis citatis,

& cap. *ordant* eodem titulo: immo ex cap. discretionem, patet uxorem vi cognitam à consanguineo mariti sui non priuandam esse iure petendi debiti, quia, ut ibi dicitur, affinitas, quae post contractum legitime matrimonium inter viros, & uxorem inique contrahitur, non debet ei officere, quae huiusmodi iniquitatis particeps non existit. quod etiam verum est, licet ignaro, vel etiam inuito viro vim passa fuerit, quia formalis decisio Pontificis non nititur consensu viri, sed quod mulier renitens non fuerit particeps iniquitatis.

Petes, an quo casu uterque est particeps iniquitatis, siue quia vnus consensit in incestum suae compars, quo inique oritur affinitas, siue quia singuli commiserunt incestum parientem affinitatem, possint reddere debitum?

Ratio dubitandi est, quod singuli solum priuentur iure petendi, non verò priuentur absolute potestate exercendi actum coniugalem.

Reso. non licere, quia ratione affinitatis inique contractae singuli tenentur abstinere, quantum possunt, saluo iure alterius, cum ergo in nostro casu neutrius ius laedatur, si alter alteri debitum non reddat, tenetur non reddere. quod etiam verum existimo, quantumvis coniuges ex malitia peccarint, animo scilicet fraudandi debito coniugali compars, quo Sanchez disp. citatā num. 6. censet singulos teneri alteri petenti reddere, ne aliquin fraus auctori patrocinetur.

Sed quod diximus, videtur verius. neque eo casu fraus patrocinetur auctori, sed peccatum compars causa est, ut ipsa non possit petere, & cur hic non teneatur reddere. cum verò ei interdicitur actus coniugalis quatenus sine iniuria compars omitti potest, etiam eo casu non potest debitum coniugale reddere, similiter quo casu nocens potest saluā iustitiā debitum alteri negare, tenetur negare.

Aduerte probabili multorum sententiā Episcopum posse dispensare, ut coniux, qui hoc impedimentum contraxit, debitum possit petere. ita plurimi, quos citat, & sequitur Sanchez lib. 8. disp. 12. num. 13. idque ex consuetudine.

D V B I V M XVI.

Utrum coniux, qui vixit ingressum religionis, possit debitum petere, & reddere?

NOTANDUM huiusmodi votum vel emissum esse ante matrimonium initum, vel post matrimonium legitime contractum: item votum in matrimonio vel emissum ante illius consummationem, vel matrimonio consummato: 3. votum emissum matrimonio consummato, vel emissum esse, quo casu coniux poterat religionem ingredi sine licentiā compars, vel extra illum casum, his praenotatis Resp. &

Dico 1. qui emisit votum ingrediendi religionem ante matrimonium contractum, communiter non potest matrimonium inire, nec potest initum consummare.

Prior pars patet, quia ineundo matrimonium sese exponit manifesto periculo votum non seruandi, cum sit valde proclive ut is, qui voto religionis obstrictus matrimonium init, illud consummet, & reddat sibi impossibilem vel saltem valde ancipitem religionis ingressum.

2. Quam.

Prob. 2.

2. Quamvis ex eo capite non peccaret ineundo matrimonium: peccaret tamen. compartem decipiendo, cum illa bona fide procedens intendat matrimonium contrahere eo modo, quo communiter contrahitur, scilicet cum spe in eo permanendi: ille verò statuat non permanere, sed ad religionem transire, in quo pars graviter decipitur.

Dixi, *communiter*, quia si gravis causa subest matrimonij ineundi ante religionis ingressum, obstrictus illius voto non peccabit, si matrimonium prius contrahat firmiter proponens religionem ingredi ante consummationem: cum enim ante illam possit religionem ingredi, nulli facit iniuriam, si reipsa ingrediatur, nec peccat, si matrimonium præmittat, quandoquidem subest gravis causa id faciendi: neque eo casu incommoda, quæ compars fortè subibit, debent ei tribui, cum non censetur moraliter ad illa concurrere, sed solum permissuè se habere, ut si quis non posset votum mandare executioni, nisi constitutur sui iuris, constitutur verò per matrimonium: item si ante matrimonium non possit disponere de amplissima hereditate, quæ proinde ad hæreticos devolueretur, posset verò disponere matrimonio inito, si ad legitimam prolem susceptam ex fornicatione matrimonium sit necessarium, ut scilicet ea sit capax hæreditatis. his & similibus euentis, quibus vir prudens poterit iudicare gravem causam subesse ineundi matrimonij ante adualem religionis ingressum, qui eum vovit, potest prius matrimonium inire cum firmo proposito transiendi ad religionem ante consummationem similiter si compars prudenter existimetur consensura in voti executionem.

Alter pars probatur, ante consummationem matrimonij executio voti est illi possibilis, ergo tenetur illud implere, & non ponere impedimentum, ratione cuius votum nequeat impleri, vel saltem impletio reddatur dubia. ex quo patet, quod non possit etiam consummare debitum reddendo.

Idem dicendum quando quis vovit ingressum stante matrimonio, sed ante eius consummationem. cum enim eo casu possit religionem ingredi, tenetur non consummare, ne voti executio reddatur ei impossibilis vel dubia.

120.

Conclus. 2.

Prob.

118

Conclus.

121.

Prob.

119.

Conclus.

Prob.

117.

Conclus.

Prob.

116.

Conclus.

Prob.

115.

Conclus.

Prob.

114.

Conclus.

Prob.

113.

iuriâ impleri possit, necessariò erit adimplendum, & per consequens nihil poterit fieri, per quod executio rursus censetur voluntariè impediri.

Hinc si compars committat adulterium, per quod excidat iure petendi actum coniugalem, is, qui vovit religionem ante matrimonium consummatum, non potest amplius illam cognoscere, siue petendo siue reddendo, cum ratione adulterij compars possit absque illius iniuriâ religionem ingredi, & votum implere: non posset autem, si post cognitum illius adulterium rursus eidem copularetur, per quod illa recuperaret ius petendi debitum.

Hinc in eadem circumstantiâ facit indirectè contra votum, si committat adulterium cum aliâ, ratione cuius compars antea adultera recuperet ius petendi debitum.

Ex eodem principio sequitur, quod si iustum diuortium intercesserit inter virum, & mulierem, vir non possit rursus vxori coniungi: quia factò diuortio, cuius causam non prebuit (ut debet supponi) potest religionem ingredi absque vxoris iniuriâ. Quæ omnia confirmantur, si mulier moriatur ante virum, votum incipit reuiuiscere, & vi illius tenetur non inire aliud matrimonium, & si fortè interit, tenetur non consummare, idque, ne ponat obstaculum executioni voti, quæ illi est reddita possibilis, igitur ex quocumque capite reddatur potens adimplere votum sine alterius iniuriâ, tenetur adimplere, & proinde nihil facere, per quod rursus impediatur executio voti. cuius ratio ulterius est, quod votum semel validum, non extinguatur absolute propter nudam executionis impossibilitatem, sed solum, quamdiu ea impossibilitas, vel notabilis difficultas durat.

Hæc autem intelliguntur, per se loquendo, si enim ita mutetur status rerum, ut non obstante adulterio vxoris &c. vir non possit religionem ingredi, ut quia ad illam est ineptus &c. non peccabit vxori debitum reddendo, vel ab eadem petendo.

Dicta etiam locum habent in eo qui vovit ingressum matrimonio quidem consummato, sed cum id iure ei liceret per vxoris adulterium &c.

Dico 3. qui consummato matrimonio vovet religionem ingredi post mortem compars, potest debitum coniugale reddere, & petere: quia hæc non obstant executioni voti. Idem dicendum, si consensu, & consentiente cōparte, id vouisset: nam per supervenientem actum coniugalem non impeditur ab executione voti, & proinde potest tum reddere, tum petere actum coniugalem.

Dico 4. si quis consummato matrimonio ita voverit religionis ingressum, ut intenderet statim ingredi cum iure id ei non liceret, potest & debet debitum coniugale reddere, potestque illud petere, quia tale votum non obligat: cum sit de eo, quod sine alterius iniuriâ præstari non potest, & per consequens de re illicita.

Dixi, *cum iure non liceret*, quia si vovit, cum ei liceret ingredi religionem, non poterit actum carnalem exercere, quatenus executioni voti obstare posset, ut ex dictis patet.

Petes, quid dicendum si voverit ingressum religionis, nihil in alterutram partem cogitandè.

Resp. posse petere, & reddere, quando non potest religionem ingredi salvo iure cōmparsis, si verò absq; eius iniuriâ possit ingredi, non posse petere, vel reddere. pro cuius rei intelligentiâ

Suppono hoc votum esse validum, & intelligendum

Coroll.

Coroll. 2.

123.

124.

Conclus. 3.

125.

Conclus. 4.

126.

Petitio.

Resp.

127.
Votum in-
telligendum
obligare
pro tempo-
re quo sine
iniuriâ co-
partis pote-
rit mandari
executioni.
Coroll.

dum obligare pro eo tempore, quo sine iniuriâ compartis poterit mandari executioni: quia licet potest eo modo emitti, ergo in dubio supponendum ita emissum, non verò eo modo, quo non potest emitti sine peccato: similiter apte potest ita mandari executioni in dubio autem votum est censendum eo modo emissum, quo potest apte adimpleri. Ex quo sequitur, quod quando vouens potest ingredi religionem sine iniuriâ compartis, non possit debitum petere & reddere, per quod impediat votum executioni.

D V B I V M XVII.

Utrum qui vouit castitatem ante matrimonium possit debitum petere, vel saltem reddere?

128.
Antiquorū
aliquorum
sentent.

ALIQVI antiquiores censuerunt talem matrimonium contracto posse liberè etiam debitum conjugale petere, eò quod votum tunc cesset. Alij censent saltem posse petere matrimonio consummato. ita plures Iurisperiti, quibus suffragantur aliqui Theologi, quorum sententiam quoad virum censet non improbabilem Sa verbo, *debitum conjugale*, num. 4.

129.

Communissi-
ma senten-
tia Theolo-
gorum ne-
gat.
Prob. 1.

Communissima Theologorum sententia, cui adherent aliqui Iurisperiti, tenet eum peccare quotiescumque petit debitum. videri possunt plurimi citati à Sanchez lib. 9. disp. 33. num. 5.

Probatur, vouens castitatem vouet omnimodam abstinentiam à venereis, quam præstare tenetur, quantum potest saluo iure alterius, atque adeò votum adimplere, quantum fieri potest citra cuiusquam iniuriam; hoc autem casu potest adimpleri, non petendo debitum.

Prob. 2.

2. Si vouens castitatem aliam cognosceret præter compartem, non solum committeret adulterium, sed etiam votum violaret, similiter illud violaret, si mortuam compartem aliud matrimonium iniret, ergo signum est vim voti non esse omnino extinctam, sed solum eatenus suspensam, quatenus eius executio iuri alterius præiudicat: cum ergo non petendo debitum nulli faciat iniuriam, & ita adimpletio voti sit ei possibilis, tenetur non petere, & quotiescumque petit, votum transgreditur.

130.

Controuer-
sia.
Affirmant
aliqui.

Controuerfia est, num peccet, si matrimonium consummet reddendo.

Affirmant varij citati à Sanchez disp. 34. num. 2. ratio est quod ex hypothese vnicum supersit medium seruandi votum, scilicet ingressus religionis, ad quem proinde vouens castitatem obligabitur; id autem medium redditur ei impossibile, vel saltem valde dubium, si matrimonium consummet etiam reddendo debitum.

Negant

Sor.
Henriq.
Sa.
Lessius.
Rebell.
Malder.
Sanchez.

Alij negant. Sorus dist. 38. quæst. 2. art. 1. §. *quid autem remedium*, Henriquez lib. 12. de matrimonio cap. 2. num. 8. Sa de impedimentis dirimentibus matrimonium num. 3. Lessius lib. 2. de iustitiâ cap. 41. dubit. 6. num. 52. Rebellius 2. parte de obligationibus iustitiæ lib. 3. quæst. 17. sect. 2. conclus. 4. Malderus tract. 10. de iustitiâ cap. 5. dub. 4. §. *respondet veritas*, Sanchez supra num. 3.

131.

Negat Au-
tor.
Prob.

Hæc sententia videtur longè probabilior.

Probatur, talis neque expressè, neque tacitè vouit ingressum religionis, ergo non tenetur ex eo capite non reddere debitum, vt voto satisfaciatur, non tenetur etiam ingredi, eò quod ingressus sit medium & quidem vnicum ad voti impletionem:

Quomodo
intelligen-
dum quod
dicitur eū,

quamuis enim vouens aliquid, censetur indirectè vouere id, quod necessarium est ad voti impletionem, quatenus scilicet id in eius potestate situm est illud tamen intelligendum de medijs ordinarijs, & quæ non includunt notabilem status mutationem. vnde si quis non posset votum adimplere sine notabili status mutatione, & nisi assumeret media planè extraordinaria, & maximè ardua, adimpletio voti censenda esset ei impossibilis, nec censeretur obligari illud in tali circumstantia adimplere. Certum verò est statum religionis esse maximè arduum, & inducere notabile rerum mutationem, nec includi in voto castitatis. Vnde dicendum talem posse consummare matrimonium reddendo debitum, eò quod executio voti sit illi reddita impossibilis, per media scilicet ordinaria.

Ex dictis patet responsio ad rationem dubitandi.

Nec tantum potest reddere, sed etiam debet, quod longè certius est, quando matrimonium est consummatum. Idque etiam verum est, licet compar fuisset conscia voti ante matrimonium emissam: quamuis in eà circumstantia compar grauitèr peccauerit matrimonium contrahendo cum eo, quem sciebat obligatum seruare omnimodam castitatem, nihilominus tamen cum per contractum matrimonialem acquirat ius in corpus illius in ordine ad generationem, habet ius petendi debitum, & alter tenetur ei reddere, & supposito priori peccato, exigendo non videtur de nouo peccare.

Adde quod si matrimonium sit illi vile, & alter obfirmato animo velit matrimonium inire, ne quidem peccet contrahendo cum eo, qui vouit castitatem: quia contractus matrimonialis secundum se est honestus, & licitus, qui proinde licet potest iniri, quando subest iusta causa, non obstante peccato alterius, qui vouit, ad quod peccatum eo casu cesset solum permissu se habere. vnde si vir, qui vouit castitatem, omnino decreuisset matrimonium inire, illudque esset valde honorificum puellæ, aut vrile, aut valde conducens ad reconciliationem familiarum illustrium, ad prolem legitimandam, ad honorem illibatam seruandum, posset mulier sine peccato cum eo contrahere, & vt dixi liberè debitum ab eodem petere, qui tenetur reddere. vbi

Notandum 1. quod quando vna pars non potest quidem debitum petere, tenetur tamen comparti reddere, teneatur etiam reddere eà tacitè exigente. vnde coniugatus, qui ratione voti non potest debitum petere, tenetur interdum verbo petere, si aduertat uxorem parcam in petendo & præ verecundiâ vix expressè petere. quia hæc non est tam petitio, quam redditio.

Notandum 2. quod licet vouens iuxta supra dicta non possit debitum petere, coniux tamen tenetur ei petenti reddere. quamuis enim non possit petere sine peccato sacrilegij respectu Dei; habet tamen ius petendi respectu coniugis acquisitum per matrimonialem contractum, per quem acquisiuit dominium in corpus coniugis, quod dominium non est ita impeditum, vt sit illi ademptum ius proximum respectu cõpartis: quemadmodum enim votum simplex castitatis non impedit, quò minus possit transferre ius corporis sui in alium, ita non impedit, quò minus possit recipere ius in corpus alterius.

Dixi eum, qui ante matrimonium vouit castitatem, consummato matrimonio per se loquendo, teneri debitum reddere; quia per accidens potest obligari ad non reddendum, vt si iustum dinortium inter-

intercedat, item si mulier adulterium commiserit, quia per eius adulterium, sicut & per diuortium, vir ad eum statum reducit, in quo votum perfectum possit seruare etiam quoad debiti redditionem, ita tenent Lessius supra num. 53. & Malderus supra §. respondeo quando redditio. Ex quo sequitur, quod vir post adulterium coniugis adulterans peccat contra votum, etiam ex eo capite quod reddat se impotentem ad votum impostum perfectum seruandum.

Aduerte tamen in casu adulterij vxoris non videri improbable, quod cum quibusdam docet Rebellius sect. citata, num. 8. scilicet virum posse adulteranti remittere iniuriam, non quidem intendendo concubitus &c. sed pacificam coniugis societatem non videri, inquam, improbable, quando non est separatus quoad habitationem, neque potest sine difficultate separari, quia est valde graue onus debere perpetuam vitae consuetudinem retinere cum ea, cum qua pacifice agi nequeat, unde votum in ea circumstantia non obligat ad non remittendam iniuriam; ea autem remissa tenetur debitum reddere. Idem tenet Sanchez lib. 9. disp. 6. num. 15. qui plures citat.

Ex dictis facile patet eum, qui castitatem vouit ante matrimonium, non posse etiam in illo actus venereos circa se, vel compartem exercere, nisi in quantum aliquo modo sunt necessarij vel conducent ad redditionem debiti, nec similiter posse aliter delectationes carnales voluntarie admittere.

DVBIUM XVIII.

Utrum qui contractio matrimonio vouit castitatem, possit debitum reddere, vel exigere?

NO Tandum votum dupliciter emitti posse. 1. contracto matrimonio, 2. ante illius consummationem. 3. matrimonio consummato. praeterea is, qui inito matrimonio ante eius consummationem vouit castitatem, vel aduertit ingressum religionis sibi esse necessarium ad perfectam obseruationem voti, vel nihil ea de re cogitat, si posteriori modo se habeat, constat ex dictis dubio praecedenti, eum non teneri religionem ingredi, ut votum castitatis perfectum possit seruare, & de eo indicandum, sicut de vouente post matrimonium consummatum, de quo paulo post. Si priori modo se habeat, videtur teneri religionem ingredi: quia eo casu censetur eam tacite vouisse, quod tenent Lessius dubit. 6. citata in fine num. 52. & num. 55. Rebellius sect. 2. citata conclus. 4. & alij. ex quo sequitur quod ante consummationem non possit debitum petere, vel etiam reddere.

Difficultas est, de voto emisso post consummationem matrimonij. Aliqui censent eo non obstante debitum peti & reddi posse, si votum sit emissum sine licentia compartis, quia eo casu non erit validum. Alij vero censent posse peti, & reddi, quamuis votum sit validum, quia alias vxori esset nimis onerosum, ita Vis. in summa num. 280. citans S. Th. quaest. 33. additionum art. 1. ad 4. qui tamen hac de re non agit. Resp. &

Dico 1. votum castitatis emissum ab altero coniuge post matrimonium consummatum absque licentia compartis est validum, patet ex cap. quidam, de conuersione coniugatorum, vbi Alexander 3. respondet quendam, qui inuita vxore monasterium

intrauerat (scilicet proficundo, ut patet ex discursu) non teneri mortua vxore reuerti ad monasterium, quia professio quoad hoc non tenebat, non tamen posse aliam in vxorem accipere, cuius ratione subdit: promissum enim se non exigere debitum, quod in eius potestate erat, & ideo quoad hoc votum tenuit, vbi aperte docet votum castitatis emissum a coniuge, in seia, immo inuita comparte esse validum. Idem docet Celsinus, cap. placet, eodem titulo de muliere, que credens virum mortuum, religionem fuerat professa.

Porro ibi agi de voto castitatis, & non solum de voto non petendi debitum patet, quia professio non solum includit votum non petendi debitum, sed votum castitatis.

Confir. votum castitatis in eo statu potest habere aliquem effectum licitum, ergo potest obligare.

Dico 2. ita vouens tenetur reddere debitum coniugale: non tamen potest petere, patet ex cap. citatis, & probatur, quia non petere est in vouentis potestate, in cuius potestate non est non reddere.

Dices tale votum est nimis onerosum comparti, praesertim feminae.

Resp. non posse merito ceteri nimis onerosum, cum vir teneatur actum coniugalem exercere non solum quando vxor expressè petit, sed etiam quando tacite, ut ex dictis patet.

Sed difficultas est, utrum is, qui consummato matrimonio vouit castitatem, possit debitum reddere, quando saluo iure compartis potest illud negare. ex dictis enim dub. praecedenti videtur non posse, cum in tali casu possit omnimodam castitatem seruare: ex altera tamen parte videtur posse reddere, quia votum castitatis emissum matrimonio consummato ab initio est irritum quoad non redditionem, ergo vouens, qui propter aliquam circumstantiam posset debitum comparti sine iniuria negare, non teneretur vi voti negare.

Confir. ex cap. quidam, citato, vbi Pontifex de proficiente inuita vxore ait: promissum enim se non exigere debitum quod in eius potestate erat, & ideo quoad hoc votum tenuit, non reddere autem non erat in eius, sed in mulieris potestate.

Posteriorem partem tenet Sanchez lib. 9. disp. 35. num. 26. plures citans, Malderus tract. 10. cap. 5. dub. 7. §. si voueat. Verius tamen videtur, quod docet Lessius dubit. 6. citata n. 3. 56. eo casu non posse debitum comparti reddere, quia per tale votum non solum vouit non petere, sed castitatem eo modo, quo saluo iure alterius eam seruare poterit: illa enim videtur mens tacita eorum, qui ex amore castitatis eam vouent, non restringendo.

Confir. talis mortua comparte non potest aliud matrimonium inire, ut patet ex cap. quidam, citato, item si fornicetur, peccat contra votum, ut etiam alij concedunt, ergo signum est in tali voto non solum comprehendi votum non petendi debitum, sed etiam abstinendi a venereis, quantum fas erit saluo iure alterius, adde & pacificam coniugali societate.

Nec obstat cap. quidam, quia Pontifex non vult vouentem matrimonio consummato nullam rationem promississe tacite non reddere, sed solum quatenus non erat in eius potestate, ex quo sumitur argumentum quod vouens castitatem matrimonio consummato censetur eam vouere eo modo, quo in eius erit potestate illam seruare. quod confirmari etiam potest ex cap. placet, vbi votum eius, quae professa est, putans maritum mortuum, dicitur eatenus fuisse obligatorium, quatenus vouens se poterat obligare.

Sententia

145.
Sententia
Sanchez
probabilis.

146.
Coroll.

Per votum
non perditur
ius in
corpus co-
partis.
Per consen-
sum etiam
in votum
alterius,
neuter re-
nunciat iu-
ri suo.

148.
Petitio.

Resp.

149.

Sanchez.

Sententia tamen Sanchez non est improbabili-
lis, ex qua sequitur Episcopum posse absolute in
tali voto dispensare, cum iuxta eam sententiam
non fuerit, immo non potuerit esse votum abso-
lute castitatis, sed solum partialis.

Ex dictis sequitur, quod quando uterque con-
iux etiam consummato matrimonio vouet casti-
tatem, etiam seorsim, neuter possit debitum exi-
gere. singuli tamen eo casu tenentur alteri petenti
reddere: quia per votum neuter perdit ius in cor-
pus compartis, quod etiam verum videtur, quam-
uis singuli consentiant in votum alterius, quia
precise per illum consensum neuter renunciat iu-
ri suo, nec ei praedudat, ut censent plures. unde
alter ei reddendo (si saltem non possit suauiter
auertere) non peccat, nec censetur illius peccato
cooperari, sed suae obligationi satisfacere. Quod
si ita communi consensu voueant, ut simul renun-
tiant iuri petendi, neuter potest alteri petenti
reddere: quia per illam cessionem singuli priuan-
tur proximo iure utendi corpore alterius, & sin-
guli possunt votum perfecte seruare sine alterius
iniuria. vbi

Notandum si renuntiant, ipsam voti religio-
nem indirecte eos obligare, ut illam ipsam cessionem
non possint remittere: si tamen remittant, re-
missio est valida, & ea posita singuli redeunt ad ius
suum antiquum respectu compartis. unde licet
remaneat obligatio voti ad non petendum, com-
pars tamen tenetur petenti debitum reddere. vi-
deri potest Lessius num. 56. citato.

Ex occasione passim petitur, num coniuges li-
cite voueant castitatem etiam matrimonio con-
summato: ad quam questionem breuiter

Resp. licet ex rei naturâ id non sit illicitum;
spectata tamen humanâ fragilitate, communius
non videri licitum. quo modo plures possunt in-
telligi, qui simpliciter asserunt esse illicitum. ratio
est, quod homo coniugatus, qui habitatione, &
thoro non est à comparte separatus, per tale vo-
tum coniugatur in maximum discrimen plurimo-
rum peccatorum, cum ei moraliter sit difficilli-
mum non saepe succumbere tentationi exercendi
actum carnalem, & debitum coniugale contra obli-
gationem voti petendi. unde nisi ætas, vel similis
circumstantia excuset, videtur mortale talia vota
entittere.

Aduerte quod licet Episcopi non possint com-
muniter dispensare in voto castitatis, possint ta-
men dispensare cum coniugatis ad petendum de-
bitum, quamuis votum ante matrimonium emi-
serint. cum enim coniugato maximum imminet
incontinentiae periculum, nisi debitum possit à
comparte petere, propter hoc periculum id Episc-
copis consuetudine est concessum, in bonum ani-
marum. ita varij, quos citat & sequitur Sanchez
lib. 8. disp. 12. num. 4. quod etiam possunt, licet sit
facilis recursus ad alium, qui possit dispensare. pro-
pter hoc periculum idem possunt cum ijs, qui sibi
mutuo remittunt renuntiationem iuris petendi.
Dixi, ad petendum debitum, quia non possunt dispen-
sare, ut mortuâ comparte aliud matrimonium in-
eant, nec possunt aliam voti obligationem remit-
tere. unde si quis obtentâ tali Episcopi dispensa-
tione externam cognoscat, peccat contra votum,
immo & si suâ abutatur contra naturam, vel se
polluat.

D V B I V M XIX.

De eo, qui ante matrimonium vouit susci-
pere sacros ordines, vel matrimonio
contracto eos suscepit.

EX dictis huius dubij resolutio colligi potest,
itaque

Dico 1. qui post emissum votum ordinis sacri
recipiendi matrimonium contraxit, potest debi-
tum coniugale reddere, & petere. quia cum non
vouerit castitatem, non tenetur eam seruare, nec
tenetur etiam religionem ingredi, ut votum pos-
sit implere, ut ex dictis patet: & probari potest ex
Extrauaganti Ioannis 22. de voto, vbi etiam do-
cemur eum, qui ordinem sacrum recepit post ma-
trimonium ratum nondum consummatum, non
teneri religionem ingredi. Quando tamen iuxta
suprà dicta sine iniuriâ compartis poterit ordines
sacros recipere, ad id obligabitur, ut si intercedat
diuortium, cuius non fuerit iniusta causa, atque
adeo tali casu non potest debitum reddere, quo
fiat ut retardetur ab executione voti.

Dico 2. qui matrimonio consummato sacros
ordines suscepit extra casus à iure permisos, de
quibus alibi differitur, tenetur vxori debitum
reddere: non tamen potest petere, quia votum ca-
stitatis inclusum in susceptione ordinis sacri non
potest intelligi cum praedudicio tertij habentis do-
minium corporis: quando tamen non tenebitur
reddere iuxta supradicta, non poterit reddere.

Conformiter ad illa censendum est de eo, qui
post matrimonium ratum nondum consumma-
tum ordines suscepit, nec vult religionem in-
gredi.

Dico 3. compars tamen tenetur exigenti debi-
tum reddere. patet ex dictis, quia suscepcio ordi-
nis sacri non includit renuntiationem iuris exi-
gendi debitum respectu compartis.

D V B I V M XX.

Utrum maritus possit irritare vota vxoris
emissa absque eius licentiâ?

QVAMVIS existimem cum varijs maritum
non posse irritare qualibet vxoris vota, sed
ea solum, quæ ipsi, & domesticae gubernationi pre-
iudicant: quia tamen varij aliter sentiunt, non est
inutile id pertractare, ut videatur, num vxor non
obstante voto castitatis emissio sine mariti licentiâ
possit interdum debitum petere.

Varij censent non tantum alia vota emissâ ab
vxore constante matrimonio, sed etiam castitatis
posse irritari à marito. ita Sanchez disp. 39. cum
varijs à se citatis num. 11. qui num. 16. idem cen-
set dicendum quamuis sint emissâ, tanquam im-
plenda tempore soluti matrimonij. ratio est, quod
voluntas vxoris non solum quoad materiam, sed
etiam quoad se subsistit viro, sitque viri eam guber-
nare, ac dirigere. quia ex leuitate, & imprudentiâ
potest esse facilis in votis emittendis. quæ tamen
potestas solum competit, quamdiu mulier est sub
viri directione, unde si iusto intercedente diuortio
coniuges separentur, vir non poterit vxoris vota
irritare, nisi innocens velit reconciliari, vel reipsâ
reconcilietur.

De his

Corollaria.

Ex his sequitur 1. quod ea vota irritata nunquam reuiviscant, & proinde mulier, cuius votum castitatis à viro est irritatum, possit absque peccato debitum petere, quia per hanc irrationem vis voti omnino est extincta.

Sequitur 2. quod talis defuncto marito possit licite aliud matrimonium inire.

Sequitur 3. mulierem vouentem non inire aliud matrimonium si marito superstiti, esse omnino liberam, si maritus tale votum irritet.

Idem Sanchez num. 19. cum alijs censet virum posse irritare votum ingrediendi religionem relatum in tempus soluti matrimonij. quia etiam quoad tale votum potest à marito dirigi, atque adeo si irritetur, mulier mortuo marito potest aliud matrimonium inire. Negat tamen posse irritare votum ingrediendi religionem ante consummatum matrimonium emissum, quod videtur minus conformiter dictum, si peccata irritandi vota vxoris oriatur ex leuitate, imprudentia, & facilitate muliebri in votis emittendis. nam inde sequitur, quod non minus possit hoc votum irritare, quam alia, cum eadem subfit causa.

Confir. propter hanc causam pater potest irritare votum filij impuberis de ingressu religionis.

Nec obstat quod praelatus non possit irritare votum subditi de ingressu strictioris religionis. quia id non potest, quod ei iure prohibeatur, in praesenti autem nihil simile habemus.

Numero 21. & sequentibus censet virum non posse absolute irritare vota vxoris ante matrimonium emissam, sed solum suspendere executionem. quod etiam non videtur conformiter dictum. nam si vir per matrimonium ita fiat superior vxoris, vt propter muliebrem leuitatem possit eius voluntatem gubernare, & dirigere, potest non solum suspendere vota ante emissam, sed etiam irritare: quemadmodum superior potest irritare vota sui religiosi emissam ante professionem. & ideo procedendo iuxta principia asserentium omnia vota vxoris facta sine licentia viri ab eodem posse irritari, Vega citatus à Sanchez num. 39. censet hac vota posse à viro irritari, & irritata non reuiviscere.

Non tantum emissam sine viri licentia censet posse ab eodem irritari, sed etiam emissam ex licentia eiusdem, ita disp. 40. num. 4. quod num. 17. extendit ad votum continentiae. quia concedendo vxori facultatem vouendi non ademit sibi potestatem irritandi, immò iuxta illa principia non potest efficaciter adimere. Aliqui tamen censent eo casu irritantem sine causa mortaliter peccare, sed probabile est, quod peccet solum venialiter, inconstanter retractans, quod concesserat.

Numero 20. negat posse irritare, si mutuo consensu castitatem vouerint, ita vt simul renuntiarent iuri petendi, quod si ita intelligatur, vt nulla sit irritatio, videtur minus probabile: si verò solum velit, quod non possit licite, vera videtur eius sententia, vnde

Resp. 1. virum tali casu posse valide irritare votum vxoris, quia consentiendo in illud votum non ademit sibi potestatem irritandi, quam non potest adimere, immò censet posse valide irritare, quamuis vouisset se non irritaturum, vel idipsum vxori promississet. & quoad hoc vera videtur aliorum sententia, virum posse irritare votum castitatis vxoris quamuis communi consensu eam vouerint.

Resp. 2. non potest tamen licite irritare, cum enim eo casu possit ipse perfecte castitatem serua-

re, & irritato voto vxoris ipsemet teneretur debitum reddere, per hanc irrationem constituitur in manifesto periculo votum frangendi, atque adeo irritando votum vxoris, indirecte peccat contra proprium votum.

Hec breuiter dicta sint vt cognoscatur iuxta probabilem sententiam quando vxor post votum religionis, castitatis, vel non inuendi aliud matrimonium, possit debitum petere, secundò nubere, denique libera censeri à voto. vbi

Notandum quod si vir votum absolute irritet, vxor sit omnino libera, ita vt alium etiam carnaliter cognoscens non sit peccatura contra votum. Dixi, absolute: quia si solum suspendat votum pro vno, aut altero actu, non extinguetur eius obligatio. vnde si vir semel atque iterum permittat vxori, vt debitum petat, ea non poterit propterea sese existimare absolute à voto liberam, sed solum quoad huiusmodi petitiones sibi concessas.

Notandum 2. quod iuxta principia illius sententiae maritus subsequens possit ea omnia vota vxoris irritare, quae poterat praecedens, si forte is non irritauerit, cum in eandem potestatem succedat.

DVBIUM XXI.

An coniux dubitans de validitate matrimonij possit debitum coniugale petere, vel reddere?

PRÆMITTO, quod si matrimonio etiam bona fide inito vnus coniugum certò sciat illud fuisse inualidum, hic neque possit petere debitum coniugale, neque reddere, potiusque debeat sententiam excommunicationis sustinere, quam exercere actum carnalem cum ea, quae putatur compars, vt patet ex cap. Dominus, de secundis nuptijs, & cap. Inquisitioni, de sententia excommunicationis. quae excommunicatio in conscientia non ligat, vt pote à parte rei iniusta, & procedens ex falsa presumptione, quod matrimonium sit legitimum. vnde femina, quae fuit alicui copulata matrimonio, viuere priore marito quem cognoscit adhuc viuere, non potest vllum alium carnaliter cognoscere. Idem sit iudicium de eo, qui consanguineam, vel affinem in gradu prohibito accepit in vxorem.

Vnde si quis affirmet comparti matrimonium esse nullum, compars non teneretur ei debitum reddere, quia stante ea assertionis ius non habet, immò si compars ei credat, ipsamet petere non potest. Si tamen is retractet, & sufficienter contrarium comparti persua-deat, hac potest petere, & teneretur reddere.

Notandum si impedimentum, ratione cuius matrimonium est nullum, non possit humanà potestate tolli, conscius nullitatis matrimonij nullo modo posse alterum cognoscere: si verò tolli possit per humanam potestatem, eo sublato, & nouo consensu praestito potest actum maritalē exercere.

Si matrimonio bona fide contracto postmodum cognoscatur subesse impedimentum, illius conscius non teneretur de nouo contrahere, etiam superiore in impedimento dispensante, & iudice praecipiente. quia quando contractus initus fuit inualidus, neutra pars teneretur alium inire, & pars innocens non potest per modum poenae ad hoc adigi, cum nulla interueniret culpa.

Confirm. in praesenti potest aliquis valde rationabiliter nolle matrimonio copulari cum, sua

O o o q

confan-

158.

159.

Maritus subsequens potest omnia vxoris vota, quae prior poterat, irritare.

160.

Cap. Dominus, de secundis nuptijs, & cap. Inquisitioni, de sententia excommunicationis.

161.

Coroll.

162.

Resp. 1. Auctor.

Resp. 2.

consanguineā: quod si malā fide processerit, v. g. sciens vel dubitans de consanguinitate, affinitate, vel alio canonico impedimento, quamvis ante sententiam non teneatur contractum denuo inire: sublato tamen canonico impedimento potest per sententiam adigi ad contrahendum de nouo: quia grauem iniuriam comparti intulit, ratione cuius iudex potest per modum pœnæ adigere ad contrahendum denuo cum comparte paratā contrahere, his præmissis.

Notandum matrimonium contractum esse vel malā fide vtriusque contrahentis, dubitantis num forte aliquod subesset impedimentum, v. g. consanguinitatis, affinitatis, vel num maritus foeminae adhuc viuat, aut non habentis moralem certitudinem de eius morte; vel contractum malā fide vnius solius, vel 3. cum bonā fide vtriusque: vtroque scilicet bonā fide existimante nullum subesse impedimentum, vel inuincibiliter de eo non cogitante.

Dico 1. qui malā fide contraxit, dubitans de valore matrimonij, non potest debitum coniugale petere, patet cap. *Domnus*, citato.

Probatur, talis non potest acquirere ius in corpus alterius per contractum malā fide initum, ergo non potest ab eo petere debitum coniugale, non tantum exigendo, prout exactio dicit aliquid stricti iuris, sed nec petendo in sensu, quo petitio ab aliquibus distinguitur ab exactioe: quia etiam petitio requirit contractum matrimoniale bonā fide initum, & possessionem bonæ fidei.

Ex quo patet, quod si vterque malā fide contraxit dubitans de validitate matrimonij, neuter possit debitum petere.

Dico 2. qui ita malā fide contraxit, tenetur alteri, qui bonā fide contraxit debitum reddere, patet ex eodem cap. *Domnus*, citato. ratio est, quod alter ratione contractus bonā fide initi sit possessor bonæ fidei, & ita iniuria illi irrogaretur, si denegaretur debitum.

Confirm. vnusquisque ratione bonæ fidei potest vti re, quam putat esse suam, & quicquid eum impedit ab usu illius rei, infert illi iniuriam.

Dices, mulier dubitans de morte prioris mariti non videtur in casu conclusionis posse debitum reddere: nam quemadmodum posterior ratione contractus bonā fide initi est possessor bonæ fidei, ita etiam prior, atque ita duæ possessiones bonæ fidei concurrent, quarum prior præualeat, contra quam fieret, si vltus rei alteri concederetur.

Resp. neg. assumptum. Ad probationem Resp. etiam negatiue: nam prior non potest dici certus possessor, cum dubitetur de vitā eius, & proinde de possessione.

Ex dictis sequitur neutro bonā fide contrahente, singulis tamen ignorantibus malā fidem compartis singulos teneri petenti debitum reddere, saltem per accidens ratione ignorantie defectus iuris in alio. Quod etiam censet Sylu. verbo *matrimonium* 4. quaest. 9. dicto 3. quo casu singuli sunt consensu malæ fidei compartis, sed videtur certum eo casu nec teneri, nec posse reddere, quod tenet Sanchez lib. 2. de matrimonio disp. 42. num. 8. Henriquez lib. 12. de matrimonio cap. 6. num. 5. quia, vt ostensum est, singuli carent iure petendi, ergo neuter tenetur petenti reddere: ille verò defectus iuris non solum est in fauorem compartis innocentis, sed absolutus, ortus ex dubio de validitate contractus, cum is celebraretur, ergo compars non potest ei debitum reddere, vnde coniux, qui bonā fide processit, non tenetur etiam reddere ei, qui malā fide

de contraxit: cum bona fides vnus non tribuat alteri ius iustitiæ. est contra Henriquez loco citato in commentario littera T. immo censet eundem, qui bonā fide contraxit, etiam dum non dubitat de validitate matrimonij, non posse reddere ei, qui cum dubio malā fide contraxit, quia bona fides non potest supplere defectum iuris in alio omnimodum, ratione cuius omnino priuatur facultate exercendi actum coniugalem, præterquam quando necessarium est, vt possessori bonæ fidei non fiat iniuria, atque adeo alter non potest per modum redditionis illi adherere, nec puto eo casu possessor bonæ fidei posse plenè vti matrimonio, vt ratio facta suadet.

Dices non tenetur credere asserenti se dubitare de valore matrimonij.

Resp. quamvis nō teneatur credere in suum præiudicium, bene tamen potest obligari ad credendum, in quantum id cedit in præiudicium alterius.

Petes, an coniuges, qui malā fide contraxerunt, dubitantes scilicet de validitate matrimonij, possint debitum petere, & reddere, si ratione probabiliter existiment matrimonium valere, quamvis probabilis sit non valere. Henriquez lib. 11. cap. 11. nu. 5. in fine censet non posse, nisi causa subit, vt dubium practice deponant, & reputent probabiliter matrimonium valere. Sanchez supra num. 9. censet posse. Sed videtur dicendum non posse propter qualicunque rationes probabiles, sed solum propter eas, propter quas matrimonium valde iniuri possit: cum enim in eo casu ius petendi debiti, & potestas reddendi non oriatur ex bonā fide tempore ini contractus, seu ex possessione bonæ fidei, solum potest oriri ex eo quod hic & nunc videatur matrimonium subsistere, atque ita solum oritur ex ratione, quæ videretur sufficiens ad matrimonium contrahendum, nulla enim ratio potest dicere matrimonium malā fide initum subsistere, nisi quæ dicitur posse valde iniuri: atque adeo nulla alia ratio, quæ aliquo modo suaderet matrimonium valere, potest in nostro casu tribuere ius exigendi debitum.

Notandum, quod etiam, quo casu vterque coniux matrimonium contraxit cum dubio de eius validitate, non statim iudicandum sit esse irritum, neque statim aliud possit partibus iniuri, sed prius de veritate diligenter inuestigari debeat: interea vero coniuges debeant separari, si subit aliquod continentie periculum.

Præcipua in presenti questione difficultas est, num si quis matrimonio bonā fide contracto dubitet de eius valore, possit coniugale debitum petere?

Suppono eum debere reddere comparti, quæ bonā fide contraxit, saltem quando ea non similiter dubitat. Idem dicendum quædo est probabile iudicium, quod patet ex cap. *Inquisitioni*, citato. ratio est, quod propter probabile iudicium alter non possit deturbari possessione suā iuste acquisitā.

Suppono 2. si matrimonio bonā fide contracto leues cōiecturæ suboriantur, quæ animum pulsent, partē quæ illas sentit, posse ex pastoris, vel alterius docti viri consilio scrupulum deponere, & debitum etiam petere patet cap. *Inquisitioni*, citato, vbi expressè statuitur de petitione, ratio est quod leues cōiecturæ pro nihilo reputantur.

Suppono 3. dubitantem teneri diligentiam adhibere, & quidem iuxta grauitatem materię, de qua agitur, conuenientem, & teneri inquirere de impedimento iuxta modum, & rationem, quæ putetur illud (si quod subit) posse cognosci, ante quam diligentiam præstitam constet dubitantem,

PRÆPOSI
DE
Incarnat. Sacram
a. Canonic
DNI

qui bonâ fide contraxit, non posse debitum coniugale petere, quod fundatur in cap. *inquisitioni*, citato, immò probabiliter sententiâ primo bimestri non potest reddere ante præmissum examen, quia non reddendo non facit alteri iniuriâ, & de cætero ante examen non potest in sui gratiam actum coniugalem exercere, his suppositis

Duplex est sententiâ.

Prior negat. Couar. 2. parte epitomes 4. decretalium cap. 7. §. 2. nu. 7. 8. & sequentibus, Petrus Ledesma quaest. 45. de matrimonio art. 1. §. *in huius expositionem*, Valquez tomo 1. in 1. 2. disp. 66. c. 4. & plures alij, iuxta quam sententiâ si utriusque laboriatur dubium etiam post matrimonium bonâ fide contractum, quod dubium adhibita diligentia deponi non potest, neuter possit debitum coniugale petere, immò iuxta paulò antè dicta neuter possit reddere, cum dubium superueniens censetur tollere ius petendi, & quidem absolute. item conformiter illi sententiâ pars dubitans probabiliter non possit reddere primo bimestri, cum non reddendo non priuet compartem suo iure.

Posterior censet etiam eo casu debitum peti posse, ita Sotus dist. 27. quaest. 1. art. 3. §. *immò verò* & dist. 37. quaest. unica art. 5. §. *dum verò*, Sanchez lib. 2. de matrimonio disp. 41. num. 4. 6. & 47. qui plures citat.

Hæc sententiâ videtur verior. Probatur, ratione contractus bonâ fide initij, & possessionis, ynuersisque acquirit ius utendi re, cuius dominium per talem contractum in illum est translatum, quod ius non potest dici amitti propter dubium superueniens, quod adhibita diligentia deponi non potest. 1. quia in dubio melior est conditio possidentis, quando scilicet possessio bonâ fide est inchoata.

Confir. dubium quod post adhibitam diligentiam depelli non potest, iuxta veriorē sententiâ non interruptit bonam fidem, & multorum sententiâ, remanente tali dubio potest fluere tempus præscriptioni necessarium.

2. Videtur à ratione alienum, quòd propter superueniens dubium, quod deponi nequit, perdat ius legitime acquisitum, & recta ratio videtur dicere eo eventu omnia in antiquo statu esse relinquenda; cum ergo ante hoc dubium coniux, quæ bonâ fide contraxit, haberet ius petendi debitum coniugale, non obstante dubio superueniente, quod per examen deponi non potest, illud ius remanebit.

3. Cum dubio speculatio de validitate rei potest consistere practicum iudicium, quo prudenter iudicetur licitum esse usum rei acquisitæ, ex hoc principio: melior est conditio possidentis, item in dubio nemo priuandus est iure suo. quæ principia hic posse applicari per se patet.

Obijciunt 1. cap. *Dominus*, de secundis nuptijs, ubi de eo, qui dubitat de morte prioris coniugis dicitur: *Debitum non deneget postulantis, quod à se tamen nouerit nullatenus exigendum.*

Resp. ibi agi de coniuge, qui matrimonium malâ fide contraxit, scilicet antequam de morte prioris coniugis constaret, quem mirum non est non posse debitum exigere, remanente dubio etiam post diligentiam adhibitam, quia nunquam fuit possessor bonæ fidei, nec vnquam acquisiuit ius utendi comparte.

Obijciunt 2. cap. *inquisitioni*, dicitur: *verum cum conscientia pulsât animum ex credulitate probabili & discretâ, quamuis non euidenti, & manifesta, debitum quidem reddere potest, sed postulare non debet.* ubi agitur de eo, qui bonâ fide contraxit, cum paulò antè dica-

tur: *Quòd si credulitatem leuem & temerariam habeat, possit ex consilio pastoris debitum reddere & petere, quod non potest dici de eo, qui malâ fide contraxit.*

Resp. 1. dici posse ibi non agi de dubitante, sed de eo, qui credulitatem habet, quæ credulitas in rigore differt à dubio, quòd dubium propriè sit quædam intellectus hæsi, seu iudicij suspensio, quâ intellectus nihil in alterutram partem iudicat; siue id oriatur ex eo quòd rationes in neutram partem intellectui suppetant, siue quòd utrimque appareant, propter quas fluctuet: credulitas verò dicat iudicium intellectus adhærentis alicui parti, quamuis non ita euidenter, quin pro alterâ parte formido possit remanere. textus ergo loquitur de eo, qui iudicat, ut patet ex illius fine, ubi dicitur: *Ne in altero vel contra legem coniugij* (si videlicet debitum petenti non reddat) *vel contra iudicium conscientie committat offensam* (si nimirum contra credulitatem probabilem, & discretam debitum postulet) & dictum Pontificis intelligi potest quando pro altera parte nullum probabile iudicium potest formari. 2. si per credulitatem cum quibusdam eo loco intelligamus dubium, Resp. decisionem Pontificis intelligendam, quando non est præstita diligentia in rei veritate peruestigandâ.

Obijciunt 3. quòd in dubijs tutior pars est eligenda, ut habetur cap. *ad audientiam*, de homicidio voluntario, ubi dicitur: *Quòd in dubijs semitam eligere debeamus tutiorem.* Quamuis variæ sint Doctorum explicationes illius sententiæ, in dubio tutior pars est eligenda.

Resp. hætenus non esse sufficienter ostensum, quòd in dubio speculatio (de quo agimus) sit præcepti tutiorem partem amplecti, seu eam in quâ, vel nullum vel saltem minus peccatum appareret, neque id ex cap. citato sufficienter ostenditur. vnde nego quòd in dubio speculatio teneatur sequi id quod speculatiue tutius est, sed ex aliquo principio possumus operari iuxta alteram partem. ad cap. citatum dico, hanc sententiâ non adferri à Pontificibus ad declarandum quid sit iuris naturæ in dubijs speculatiuis, sed solum tanquam iustum motuum decernendi irregularem eum, qui alterum percussit, quamuis dubium sit, num ex eius ictu occisus sit. Pontifices ergo volentes decernere in casu allato incurri irregularitatem ex homicidio dubio, adferunt quidem prædictam sententiâ tanquam congruentiam legis; non tamen legem extendunt ad omnes casus dubios, vel declarant prædictam sententiâ ius naturale continere. & in dubio, de quo agimus, petens debitum non se exponit periculo fornicationis formalis, quòd si exponatur aliquali periculo materialis, ei non nocet, cum dirigatur principijs moralibus prudentibus, & per consequens sit extra omne peccati periculum.

Confir. etiam dubitans de validitate matrimonij, reddendo debitum, exponi potest periculo committendi iniustitiam si fortè prior coniux viuat, & tamen certum est non tantum posse, sed etiam debere debitum coniugale reddere.

Ex dictis sequitur eum, qui postquam matrimonium bonâ fide contraxit, habet utrimque probabiles assensus de valore vel invaliditate matrimonij, nec potest rei veritatem assequi, posse debitum petere, cum possit sese conformare parti probabili, neque in eo casu locum habet decisio cap. *Inquisitioni*, sed cum talis adest credulitas, contra quam non militet vicissim aliud probabile iudicium.

Resp. 1.
Dubium propriè quid.

Credulitas quid.

Resp. 2.

163.
Obiectio 3.
ex cap. ad audientiam.

Resp.

In dubio speculatio non teneatur sequi quod speculatiue tutius est.

164.

Coroll.

DVBIVM XXII.

Utrum maritus peccet cognoscendo uxorem suam publicam adulteram non respicientem?

165.

Can. si quis uxorem.

Resp.

Vir non facile peccabit mortaliter cognoscendo uxorem adulteram.

ITa videtur colligi ex can. si quis uxorem, 32. quaest. 1.

Resp. si vir hac ratione possit uxorem corrigere, tenetur ei non committere. ita varij Doctores. ratio est, quod in illis circumstantiis obliget preceptum fraternae correctionis, quod hac ratione optime potest mandari executioni. Adde quod vir cognoscens uxorem suam publicam adulteram non respicientem videatur eiusdem impudicitiae consentire.

Aduerte tamen, seposito scandalo, virum non facile peccaturum saltem mortaliter cognoscendo uxorem adulteram. 1. quia non potest facile concipere futurum, ut vxor hac ratione sit emendanda, quin potius prudenter timeri potest, ne se magis prostituat. 2. quia non tenetur cum tanto suo onere uxorem corripere, praesertim cum spes emendationis non sit ita certa, esset enim grauissimum onus simul cohabitare, & non posse exercere actum coniugalem, debitum petendo vel reddendo. Adde quod quando subest periculum incontinentiae, potius teneatur sibi consulere cognoscendo uxorem, quam procurare illius emendationem cum aperto suo periculo, denique nullo modo peccat, si merito timeat gravem conuiictum vxoris, & rixas, quia vero facile aliquid horum occurrat, quidam absolute dicunt licere petere debitum ab uxore publice adultera, licere etiam ei reddere. videri potest Sa verbo, debitum coniugale, num. 8.

Sa.

Nauar.

Tolet.

Alij ita loquuntur, ut satis insinuent ratio esse mortale, interdum etiam nullum esse. vide Nau. cap. 22. num. 22. Toletum lib. 7. cap. 20. num. 4. & 5. ex quibus patet feminam longe rarius peccare cognoscendo virum publice adulterum, cum non sit illius virum gubernare, & illa difficilius possit sperare virum hac ratione emendandum, & merito possit timere gravem eius conuiictum, & odia. Adde quod non tam facile possit generari scandalum ex eo quod vxor virum publice adulterum cognoscit, quia non facile potest praesumi eius adulterijs consentire. Iuxta haec explicari potest canon initio citatus, qui tamen non est vilius Pontificis, vel Concilij generalis.

DVBIVM XXIII.

Utrum actus coniugalis ratione finis reddatur illicitus?

166.

Suppositio certa.

Non tenetur homo in quocumque actu suo sub gravi peccato velle ut actus assequatur finem suum.

DVBIVARI non potest quin actus coniugalis vitari possit, si propter finem malum exerceatur; speculiter tamen de quibusdam queri potest, num eum inficiant?

Suppono vero nullum esse peccatum uxorem carnaliter cognoscere, ut proles sequatur, cum ea sit finis matrimonij.

Simplici desiderio eam excludere, nullum medium adhibendo, quo impediatur, non est mortale. neque enim homo tenetur in quocumque suo actu sub gravi peccato velle ut actus assequatur finem, ad quem ex rei natura refertur, sufficit ad gravem culpam evitandam nullum medium fini contrarium adhiberi. immo potest aliquis pauper velle sine peccato actum coniugalem, ut suae comparti debitum reddat, desiderando interim, ut pro-

les non sequatur, ne prolihus nimium grauetur, quia intendendo redditionem debiti habet mortuum honestum, & de cetero potest desiderare non subire gravam quod ex prole suscepta leuaretur.

Petes 1. num coniuges possint exercere actum coniugalem ad vitandam fornicationem, vel aliud incontinentiae periculum? Negant varij Scholastici cum Magistro dist. 31. quibus videtur favere Aug. de bono coniugali cap. 7. dicens: *Reddere debitum coniugale nullius est criminis, exigere autem ultra generandi necessitatem culpe venialis*, & cap. 10. locum Apostoli 1. ad Cor. 7. *Hoc autem dico secundum indulgentiam, non secundum imperium*, ita explicat, ut sentiat petitionem debiti coniugalis vitandae fornicationis causa continere culpam venialem: simili modo explicat Gregorius relatus can. neri, sub finem dist. 13.

Alij affirmant. Durandus dist. 31. citata quaest. 4. Caiet. verbo matrimonium cap. vlt. §. primum igitur caput, Sa verbo debitum coniugale num. 5. & alij, quorum sententia videtur probabilior, quia matrimonium post peccatum vile etiam est in remedium concupiscentiae, & in eum finem a Deo est ordinatum, ergo nullum peccatum est actum coniugalem propter hunc finem exercere: quando enim aliquid ad varios fines ordinatur, nullum est peccatum relicto sine principali, sese propter alium finem ad actum applicare.

Confir. quia aliqui steriles non possent licite actum coniugalem exercere, cum non possent generationem solidè intendere.

Ad argumentum in contrarium fatendum quoddam quidem Patres in ea esse sententia, & iuxta illam locum Apostoli intellexisse; alium tamen videri eius sensum: nam citata Apostoli verba, *hoc autem dico*, non videntur referri ad immediatam praecedentiam, sed ad ulteriora, scilicet: *Propter fornicationem autem unusquisque suam uxorem habeat*, hoc autem dico secundum indulgentiam; neque designant permissionem minoris mali, sed concessionem minoris boni. Confir. Apostolus dicit: *Volo enim omnes vestros esse sicut meipsum*, quibus constat praefere coelibatum statui coniugali tanquam maius bonum minori. sensus ergo Apostoli est: quamvis cupiam omnes esse sicut meipsum, tamen propter periculum incontinentiae permitto tanquam minus bonum, & vacans omni culpa, ut unusquisque uxorem suam habeat.

Dices, suppetunt alia media resistendi concupiscentiae.

Resp. id non referre, quia etiam illud in natura lapsa in hunc finem est ordinatum, ideoque sine peccato eligi potest.

Ex his patet multo minus esse peccatum etiam veniale exercere actum carnalem propter periculum incontinentiae compartis, & per modum redditionis.

Petes 2. an sit illicitum petere debitum coniugale ad sanitatem conferendam, vel restaurandam? Affirmant varij citati a Sanchez lib. disp. 10. num. 1. quod consent aliqui, licet illud vnicui esset medium valetudinis conservandae, vel restaurandae: communiori tamen sententia non excedit limites peccati venialis. Probabilius tamen est nullum esse peccatum, quia actus coniugalis est etiam ad hunc finem utilis. Nec refert quod ad illum finem non sit specialiter ordinatus, quia nihilominus ex generali sui conditione sufficienter potest respicere, & proinde nihil prohibet quod minus propter illum finem possit appeti.

Petes

172. Petes 3. an sit peccatum illud actum exercere propter solam delectationem?

Resp. affirmatiue, vt communissimè Doctores, quia inordinatè appetitur operatio propter delectationem, cum ea non ordinetur ad delectationem, sed è contratio delectatio ad operationem. communiori tamen sententiâ non egreditur limites peccati venialis, si solum queratur intra fines matrimonij, vt si quis solius delectationis causâ ad suam accedat, non intendens per hoc tanquam alienam cognoscere.

Quod si delectatio non querita sentitur in actu, nullum ex eo capite est peccatum, similiter non est peccatum se ad voluptatem excitare, cum debitum coniugale reddatur compagti, quia delectatio queritur propter opus virtutis, scilicet debiti redditionem.

173. Nec etiam peccatum est capere delectationem, vt proles ad cultum Dei generetur.

Ex his patet quid dicendum, quando aliquis accedens ad suam imaginatur fœminam pulchram, quod ardentius actum coniugalem exerceat, si enim ita imaginetur aliam pulchram, vt animum pascat, perinde ac si rem cum illâ haberet, mortaliter peccat, voluntariè sese delectando cum alienâ, immò ita se gerens, ac si cum illâ rem haberet: si verò hæc imaginatio solum subferuiat, vt ardentius feratur in vxorem, ibi sistendo, id solum est peccatum veniale.

Idem iudicium est de aspectu picturæ in illum finem, licet propter periculum mentalis adulterij id planè sit dissuadendum, & in hominibus carnalibus fortè rarò absit peccatum mortale: cum hi actum exercentes ex tali imaginatione facillè ferantur cœco impetu in aliquam, cupientes eidem adhærere, quamvis non esset sua, cupiantque rem habere cum eâ, quam imaginatione sibi repræsentant.

D V B I V M XXIV.

Utrum actus carnalis inter coniuges ratione modis sit illicitus?

174.

Conclus.

Dico 1. cognoscens vxorem modo innaturali, quamvis intra vas naturale, peccat, nisi aliqua causa excuset: vt si mulier sit incuba, vir succubus, vel stans, aut sedens eandem cognoscat, vel modo præpostero, quia est à ratione alienum non seruare situm à naturâ institutum.

Difficultas.

Dissensio est de gravitate peccati. Quidam censent esse mortale, plerique verò censent etiam in petente tantum esse veniale. Victor. in summa num. 273. Nauarr. cap. 16. num. 42. Toletus libr. 5. cap. 13. num. 15. & plures alij, quæ sententia per se loquendo, videtur verior. quia ex tali modo, per se loquendo, sequi potest generatio, ergo ex eo capite non est peccatum, sed ex eo solum, quod non seruatur conueniens situs: quod non dicit deordinationem mortaliter malam. Dixi, *per se loquendo*, quia per accidens potest esse graue peccatum ita commisceri, vt si aduertatur semen extra vas naturale effundi, vel quia in eo non recipitur, vel quia non retinetur: si enim id sequatur ex modo illo coeundi extraordinario, coniuges non erunt immunes à peccato mortali, cum planè contraneant fini generationis.

Quod si effusio non oriatur ex modo coeundi, sed aliunde, v.g. ex morbo, debilitate, non erit mor-

tale, quia non oriatur ex situ inordinato, sed ex aliâ causâ præter coniugum intentionem, qui dant operam rei licitæ, scilicet actui coniugali: immò parua effusio seminis non arguit actum esse mortalem propter situm indebitum, cum illa etiam soleat sequi seruato situ naturali.

In initio dixi cognoscentem vxorem modo innaturali &c. peccare, nisi aliqua causa excuset. si enim iusta causa adsit nullum erit peccatum in petente, vt si vir sit succubus, quia aliàs imminet periculum fœminæ, vel eius forui, v. g. si sit delicata, vel grauida. ita Toletus supra, Sanchez libr. 9. disp. 16. num. 7. Azor 3. parte institutionum moralium libr. 3. cap. 21. quæst. 1. & 2. Lessius libr. 4. cap. 3. dubit. 13. num. 89. quia non videtur ita intrinsecè malum inuertere ordinem naturalem, vt nullam ob causam possit esse licitum, quando ex modo congressus sequi potest generatio.

Petes an comparis teneatur ita petenti reddere?

Resp. 1. posse se conformare sententiæ asserenti hunc modum continere culpam mortalem, & per consequens posse sine illo peccato negare. 2. posse absque culpâ reddere, quia varij id censent, quos refert, & sequitur Sanchez supra num. 8. 3. speculatiue loquendo videri verius quod, quando petens non excusatur à culpâ etiam veniali, comparis non possit reddere sine veniali, ita insinuant varij indistinctè loquentes. ratio est, quod culpa venialis non oriatur ex circumstantiâ extrinsecâ modo coeundi, sed ex ipso modo, cuius deformitas ex iustâ causâ non tollitur: hæc autem deformitas non minùs cernitur in actu, prout exercetur à reddente, quam prout exercetur à petente.

Addo licet nullum esset peccatum in reddente, non tamen teneretur reddere, quia solum tenetur reddere debitum modo congruo, vt Lessius supra. suadendum mulieri, vt virum hortetur, ne committat tantam inordinationem, seque vtatur modo naturali.

Dico 2. peccat etiam, qui vxorem suam extra vas naturale cognoscit, & quidem peccato contra naturâ grauissimo, vt passim tradunt authores, immò grauiori, quam sit soluti cum solutâ contra naturam. ita Azor. lib. citato cap. 20. in fine, Sotus dist. 31. quæst. vnica art. 4. sub finem, Petrus Ledesma quæst. 46. de matrimonio art. 6. dub. 2. §. *in oppositum videtur esse*, & plures alij, quia in eo actu peculiaris inuenitur deformitas contra bonum fidei matrimonij: nam coniuges sibi inuicem debent corpora in ordine ad generationem, & proinde in ordine ad actum, ex quo generatio sequi possit, ergo faciunt contra fidem maritalem abutendo suo corpore in eo actu flagitiosissimo. vnde in confessione ea circumstantia est explicanda: sicut propter eandem rationem pollutio in coniugato longè grauior est, quam in soluto, postulatque vt in confessione explicetur circumstantia coniugati. immò id videtur dicendum, licet is, qui ita vxorem cognoscit, id dirigat ad copulam intra vas naturale, quia talis actus non potest commodè referri ad coniugalem, sicut possunt referri tactus inter coniuges.

DVBIVM XXV.

Virum sit peccatum exercere actum coniugalem cum periculo pollutionis, vel si quis se retrahat ante seminationem?

179. **C**ERTUM est graviter peccare contra naturam cum qui exercet actum coniugalem, & voluntarie semen effundit extra vas naturale, quia talis effusio directe aduersatur generationi, & fini actus coniugalis, si effusio præter voluntatem contingat, nullum erit peccatum. unde si sit probabilis spes seminandi intra vas naturale, licet conari ad actum coniugalem, quamvis per accidens semen extra vas effundatur. similiter non est peccatum si præter intentionem aliquid seminis ex debilitate, vel alia simili causa effundatur extra vas. ut si vir qui bonâ fide conatur ingredi, forte seminet extra vas ex naturæ incitatione.

Coroll. Ex quo patet mulierem teneri reddere debitum coniugale, quamvis aduertat aliquam seminis effusionem in se, vel in comparte secuturam.

180. Non peccat etiam qui inchoato actu sese retrahit ante seminationem factam in vase naturali, quamvis ex naturæ commotione secutura sit pollutio, si iusta subit causa actum interrompendi: ut si ex continuatione actus imminet coniugi periculum grauioris morbi, vel periculum mortis ab hostibus inferendæ, vel si alij adueniant, nec coniuges possint seruata honestate pergere in actu coniugali.

181. Immo nullum est peccatum vacare illi actui, quamvis mulier propter laxitatem vel aliâ de causâ semen virile retinere non possit, quia id per accidens sequitur ad actum.

182. Certum est esse peccatum, si exercens actum coniugalem, & aduertens secuturam seminationem se retrahit, exceptis casibus iam recensitis, & similibus. Item si se retrahit ante seminationem aduertens foeminam seminaisse, si non seminauerit, nec sit periculum, quod ex naturæ concitatione sit seminata, non sit etiam periculum pollutionis in viro, non videtur mortale, si coniuges communi consensuante seminationem se retrahant, ut tradunt plures, quos citat, & sequitur Sanchez disp. 19. num. 3. Dixi, *communi consensu*, quia, per se loquendo, vir non potest inuitâ vxore se retrahere ante seminationem, cum mulier habeat ius ad semen virile, sine quo perfici nequit generatio. nam ius vnius in alium coniugem est ad instrumentum generationis, quale certo est semen virile. quod si consentiant, seposito pollutionis periculo, vel deperditionis seminis foeminei, non apparet, quod sub gravi culpâ teneantur actum consummare, cum non teneantur positivè generationem procurare.

Mulier habet ius ad semen virile.

DVBIVM XXVI.

Virum coniuges possint se mutuò tangere, osculari, &c. solius carnalis voluptatis causâ, quæ ex his actibus percipitur non referendo ulterius ad copulam?

183. **D**ICO, solius carnalis voluptatis causâ, quia satis constat quod coniuges se mutuò possint am-

Explicatur particula in dubio positæ.

plecti, osculari, ad amorem coniugalem fovendum, quamvis inde præter intentionem voluptas aliqua carnalis sequatur, immò & pollutio.

Dico etiam, non referendo ulterius ad copulam: nam coniuges volentes actum coniugalem exercere, possunt hos actus in ordine ad illum præmittere, cum sint actus præuij & subordinati copulæ, sicut inchoatio consummationi; quando autem alicui finis est licitus, eidem licent media ex sua conditione naturali ad illum finem conducentia, & cui licet consummatio, eidem est licita inchoatio.

Confit, non aliâ de causâ huiusmodi actus sunt illiciti solutis, quàm quia illis non est licitus actus consummatus, ad quem hi conducunt.

Ex quo patet, quod coniuges possint compertem suam tangere, ut se ad copulam excitent, quia ratione contractus matrimonialis habent dominium corporis compertis, & ut suppono, expeditum in ordine ad finem matrimonij, ergo in ordine ad illum finem possunt sese tangere. Hæc eadem fieri possunt non tantum, quando aperte constat de potentiâ coeundi, sed etiam quando de eadem dubitatur. cum enim liceat eo casu copulam experiri, licet actus subordinatos exercere, quando autem dubium est de validitate matrimonij ex alio capite, pars quæ malâ fide contraxit, non potest quidem illos exercere per modum petitionis debiti, ut ex dictis patet: potest tamen exercere per modum redditionis. Et hæc quidem videntur indubitata, si absit periculum pollutionis: nam si illud subit, huiusmodi actus, vel oscula, non sunt licita, his præmissis.

Quæritur, num coniuges hos actus possint exercere non ordinando ad copulam, sed ut voluptatem carnalem, quæ ex illis exurgit, percipiant? & quidem non est dubium, quin saltem peccent venialiter, cum actus debito fine careant: nam carnalis delectatio non potest esse homini apta ratio operandi, ut patet etiam in ipsâ copulâ, quæ omnium sententiâ peccatum est, si exercetur solius delectationis causâ, dubitatur verò num mortaliter peccent? Aliqui affirmant.

Notandum aliquos coniuges posse liberè actum coniugalem exercere, alios verò non posse: quod ex varijs capitibus potest contingere. nam quibusdam interdictus est propter castitatis votum, quibusdam propter Ecclesiasticam prohibitionem, alijs propter impotentiam matrimonio superuenientem. quemadmodum impotentia perpetua præcedens matrimonium obstat, quod minus illud validè contrahatur, ita superueniens, quando de illâ constat, obstat, quod minus coniuges possint licitè actum coniugalem exercere, siue ea proveniat ex parte viri, siue ex parte foemina, similiter ob votum castitatis superueniens impeditur aliquis a petitione & interdum a redditione debiti, quemadmodum & ob Ecclesiasticam prohibitionem.

Dico 1. coniuges, qui liberè possunt actum coniugalem exercere, possunt absque gravi peccato se mutuò tangere &c. quamvis hos actus ad copulam non referant, quia tales actus ratione contractus & status matrimonialis honestantur, & redduntur liciti, & proinde suam malignitatem debent aliunde contrahere; non contrahunt autem aliunde, quàm quod non ordinantur in finem, & proinde solum inuenitur defectus ordinationis in finem, qui solum venialem malignitatem continet.

Probatur, coniunx ratione contractus matrimonialis habet dominium corporis suæ compertis in ordine.

ordine ad actum carnalem, & proinde in ordine ad actus naturā suā prauos, quo dominio, & vfu dominij non priuatur, eò quod hic & nunc nolit actum consummatum.

187. Aduerte tamen debere abesse scandalum, & pollutionis periculum in alterutra parte.

Obiectio. Dices huiusmodi actus ex se sunt liciti, tantumque contrahunt malitiam venialem propter defectum ordinationis in finem, actus autem licitus, & honestus non contrahit mortalem malitiam ex prauisā pollutione, ergo.

Resp. sepositis opinionibus, quae versantur circa materiam minoris propositionis, negando eandem minorem quoad actus, de quibus est sermo: nam tactus, amplexus, oscula, inter coniuges eatenus licent, quatenus quaeruntur intra limites matrimonij, & per consequens, in quantum nihil sequitur repugnans fini, & institutioni seminis; sequitur autem aliquod repugnans, si semen extra vas effundatur, neque pollutio in eo casu dici potest solum permixta, cum sequatur ex impetu illius motus carnalis, qui per se intenditur.

Confirm. petere debitum cum aperto periculo effusionis seminis extra vas naturale, est peccatum mortale, ergo etiam actus subordinati contrahent malitiam mortalem, si subit consimile pollutionis periculum. Cum verò frequenter subesse possit in contactibus valde impudicis, hi omnino sunt coniugibus dissuadendi, nisi ordinentur ad copulam, vel saltem ea petatur, quando aduertitur periculum, vnde videtur minus probandum, quod ait Sanchez lib. 9. de matrimonio, disp. 45. num. 36. non semper esse mortales tactus exercitos cum periculo pollutionis, etiam in perente, id, inquam, minus probatur, cum pollutio eo casu possit vitari petendo actum coniugalem, quem coniugatus potest exercere.

Confirm. si dans operam rei alioquin licitae, & praeceptae aduertat inde securam pollutionem, quam retentā actione possit impedire, tenetur impedire, alioquin mortaliter peccabit; cum ergo coniugatus in nostro casu possit occurrere pollutioni per actum coniugalem, qui non est ei difficilis, tenetur illum exercere. propter quam rationem, per se loquendo, sentio compartem, quae per modum reddentis eisdem actus cum delectatione venerā patitur, vel exercet, teneri actum coniugalem petere, si aduertat in se pollutionis periculum, & nulla circumstantia extrinseca excuset, alioquin pollutionem censendam ei voluntariam, cum eam possit impedire per medium non extraordinarium statui matrimonialis, idque sine magno grauamine, vt suppono.

188. Quaesitio. Petes, utrum coniux possit absque graui peccato seipsum tangere ex voluptate carnali, non referendo ad copulam? Negat Vasquez 1. 2. tomo 1. disp. 113. cap. 2. Afferit Sanchez lib. 9. disput. 44. num. 16. cuius sententia videtur probabilior, quia talis contactus exercetur intra limites matrimonij, estque naturā suā idoneus ad copulam licitam, nec ordinatur ad illicitam, ergo nihil per eum committitur repugnans fidei coniugali, aut fini matrimonij, & proinde ex illis capitibus non contrahit malitiam mortalem, quam non potest aliunde contrahere, si absit pollutionis periculum.

189. Coroll. Ex his colligi potest multò minus mortaliter peccare coniuges, qui liberè possunt actum carnalem exercere, si huiusmodi actus circa se, vel compartem exercent ad sedandas carnis tentationes, quamuis actum coniugalem non intendant. quia

status matrimonialis in naturā lapsa non tantum respicit generationem prolis, sed etiam est institutus ad sedandas carnis tentationes, & proinde actus illius potest licite in hunc finem, relicto alio fine, assumi. vnde si in hunc finem exercentur, ne quidem videntur venialia.

Dico 2. coniuges, qui ex iuris dispositione non possunt debitum petere, vel non possunt se cognoscere, non videntur etiam mortaliter peccare se mutuo tangendo, amplexando, osculando, seposito pollutionis periculo.

Probatur, tales actus ratione status matrimonialis, & dominij, quod habet vnus coniugum in corpus alterius, sunt liciti, nec sunt aliunde mali, quam ex eo quod non ordinentur in finem, ergo non contrahunt malitiam mortalem.

Dices prohiberi per constitutionem, quae interdicit copulam.

Resp. neg. assumptum, quia dispositio iuris solum impedit ipsum actum externum copulae: non verò tollit facultatem exercendi alia, quae ratione status, & dominij in corpus alterius sunt licita.

Ex his infero eum, qui propter affinitatem cum vxore contractam impeditur à petitione debiti iuxta supra dicta, posse citra mortalem culpam eandem tangere, osculari, amplexari, non tantum ad amorem coniugalem fouendum, sed etiam ex voluptate carnali. Idem dico de eo, qui superioris praecepto prohibetur compartem carnaliter cognoscere, siue petendo siue reddendo. 3. idem dico de eo, qui vxori renuntiauit iuri petendi debitum, quamuis etiam id voto firmasset: si enim per hoc non intenderit ad aliud voto se adstringere, quam ad non petendum debitum coniugale, potest citra mortale actus subordinatos exercere.

Dico 3. possunt etiam citra mortale se mutuo tangere coniuges, qui post matrimonium legitime contractum sunt redditī impotentes ad copulam, propter rationem supra allatam.

Contra ea, quae in his duabus conclusionibus dicuntur, obicitur: cui non licet finis, & actus consummatus, non licent media naturā suā ad talem finem ordinata, cum illa sint eiusdem moris cum fine, cum ergo carnalis copula in casibus secundae, & tertiae conclusionis sit illicita, etiam erunt illiciti actus copulae subordinati.

Confir. 1. non aliā de causā hi actus sunt illiciti solutis, quam quia actus consummatus est illis vetitus.

Confir. 2. actus recensiti in dictis casibus non possunt ad suum finem referri, ergo non solum sunt venialia propter defectum ordinationis in finem, sed sunt mortalia, eò quod absolute non liceat eos exercere.

Ad argumentum Resp. antecedens esse verum quando finis absolute, & ex conditione status est illicitus, sicut solutis illicitus est actus carnalis ex ipsa status conditione, quibus proinde sunt illicita media naturā suā ad illum finem conducentia non est autem verum, si solum ab extrinseco proueniat, quod finis sit illicitus, qui ex ipsa ratione status est licitus: tunc enim non desinunt media essentia ei, cui finis est interdictus, quia status nihilominus praebet facultatem eos actus exercendi, si militer & dominium in corpus coniugis, quod dicitur media esse eiusdem moris cum fine, bene ostendit quod quando finis ex ipsa status conditione non est licitus, illicita etiam sunt media: non tamen probat, quod sint illicita quando id ex accidenti contingit praeter status conditionem. Ex

quibus patet responsio ad priorem confirmationem. Ad posteriorem dico hos actus quantum est ex conditione status posse ad eius finem referri, quod sufficit, ut possint excusari à culpa mortali.

192.

Coroll.

Ex dictis etiam colligi potest, quod talibus non valentibus actum carnalem completum exercere sint liciti prædicti actus ad sedandam in se, vel compartem carnis tentationem. 2. quod non peccet mortaliter pars, quæ ex carnali voluptate se tangit; nam actus non ideo ordinatur ad copulam illicitam eo quod is, qui se tangit, non possit licitam exercere. 3. quod non peccet mortaliter coniux, quæ absente coniuge ex voluptate se tangit. 4. quod non peccet mortaliter is, qui propter abortus, vel grauioris morbi periculum non valens uxorem cognoscere, eam osculatur, amplexatur, &c. voluntatis causâ.

Denique ex dictis colligi potest, quod coniux non peccet mortaliter, sese oblectans venereâ de actu carnali cogitato, dum abest compars, vel dum actum exercere non potest. ita varij Caiet. in summâ, verbo *delectatio morosa* num. 8. Vasquez supra cap. 2. Lessius lib. 4. cap. 3. dubitat. 15. num. 121. & alij. ratio patet ex dictis, quod eiusmodi delectationes per statum coniugibus sint licitæ.

Caiet. Vasq. Less.

Occurrit obiectio.

Nec obstat, quod hæc delectatio sit inchoata quædam commixtio cum compartem, cum coniux per illam carnalem delectationem feratur in præsentem in compartem; quia huiusmodi commixtio interior, & phantastica non ideo est illicita, quod exterior sit prohibita vel haberi non possit, quia tamen hæc voluptas partis inferioris percepta ex actu coniugali cogitato magnam vim habet ad pollutionem excitandam, omnino est disuadenda.

193.

Observandum etiam huiusmodi delectationem solum esse licitam respectu compartis, non verò respectu alterius, quod est diligenter notandum, unde mulier quæ secundas nuptias iniit, non potest se carnaliter oblectare de copulâ cum priori marito habitâ, nec potest in actu coniugali illum sibi repræsentare, & de eo carnaliter delectari: si enim ita se gereret, quamvis actus materialiter esset cum suo, formaliter tamen esset cum alieno, & proinde formaliter adulterium.

194.

Conclus. 4.

Dico 4. quando actus coniugalis est illicitus ratione voti castitatis, illiciti etiam sunt actus subordinati, iuxta modum, quo votum potest obligare, & mandari executioni. unde cum saltem obliget ad non petendum debitum, ex consequenti coniux obligatur se vel compartem non tangere per modum petitionis debiti: quia verò coniux voto castitatis adstrictus tenetur reddere debitum coniugale compartem petenti, potest per modum redditionis se, vel compartem tangere, & in quantum est necessarium ad reddendum debitum. si ex aliquo capite excusetur, ita ut absque iniustitiâ possit debitum negare, non potest se, vel compartem ex affectu carnali tangere, osculari &c. quia votum omnibus illis modis servari potest. unde non potest absente compartem se carnaliter oblectare, similiter non potest eandem voluptatem querere, vel admittere quando debitum coniugale non tenetur reddere. quorum omnium ratio est, quod votum castitatis absolute emissum obliget ad abstinentiam ab omnibus venereis quantum ius alterius patitur.

Votum castitatis absolute emissum obligat ad abstinentiam ab omnibus venereis.

Confirm. 1. votum castitatis emissum à solutis eos obligat non solum abstinere ab actu fornicario, sed etiam à venereis adpectibus, tactibus, colloquiis, item ab omni delectatione venereâ, igitur

etiam censendum est obligare ad hæc coniugatos, quantum salvo rari alterius fieri potest.

Confirm. 2. si is, qui votum emisit etiam constante matrimonio, superuiuat comparti, tenetur etiam vi voti ab omnibus istis abstinere, ergo etiam tenetur abstinere in statu matrimoniali, quantum fas est salvo iure compartis. consequentia probatur, ideo factus sui iuris tenetur ab omnibus abstinere: quia votum ad illa omnia se extendit, igitur stante matrimonio sese ad eadem extendebat, & obligabat, ut mandaretur executioni, quantum illæ iure alterius fieri poterat.

Ex quibus patet esse omnino improbabile opinionem quorundam, quos citat Sanchez lib. 9. disput. 44. num. 20. afferentium coniugibus, qui etiam communi consensu castitatem vouerunt, licitam delectationem partis sensitiuæ captam de actu carnali cogitato.

195.

QVÆSTIO VII.

De impedimentis matrimonij dirimentibus.

DUBIVM I.

Utrum Ecclesia possit constituere impedimenta matrimonij dirimentia?

RESPONSE. Est de fide, definitum in Trident. sess. 24. can. 4. patet ex ipsâ Ecclesiæ praxi à multis sæculis vtitâ; ratio est, quod matrimonium non tantum sit Sacramentum, sed etiam civilis contractus, immò ratio civilis contractus in matrimonio est antiquior ratione Sacramenti, eiusque fundamentum; contractus autem, ut sit & censeatur legitimus, subest dispositioni reipublicæ, ut patet in omnibus aliis contractibus, potestque reipublica varias condiciones exigere, sine quibus contractus non censeatur, vel sit legitimus. potest, inquam, exigere vel ex parte materiæ, vel ex parte consensus, vel ex parte utriusque, ergo Ecclesia potest certas condiciones exigere, sine quibus matrimonialis contractus non sit validus, & proinde potest instituere impedimenta matrimonij dirimentia. Neque id Ecclesiæ competit ex privilegio, sed ex connaturali potestate. nam eo ipso, quo est reipublica quædam legitime constituta, habet eam facultatem respectu suorum subditorum, immò, nisi Ecclesia id ad se reuocasset, principes sæculares id possent: quia tamen matrimonium baptizatorum est Sacramentum, & proinde res sacra, Ecclesia conuenienter hanc potestatem sibi reſeruaui, & proinde principes sæculares fideles nequeunt de facto constituere impedimenta dirimentia matrimonij Christianorum sibi subditorum, immò nec Episcopi id possunt, eâ potestate Pontificibus, & Conciliis generalibus reſeruata, utpote maxime conducente ad vniuersale bonum Ecclesiæ, & quæ sit de re maximi momenti.

Dixi principem sæcularem non posse constituere impedimenta dirimentia matrimonij Christianorum sibi subditorum: quia si habeat subditos nondum baptizatos, potest respectu eorum iustâ de causâ impedimenta dirimentia constituere: quemadmodum princeps ethnicus potest respectu

eorum.

Trident.

Ecclesiæ connaturali potestate.

Episcopi non possunt constituere.